




a Londra 23 Lire Sterline in Olanda 190 Fiorini

150 Flor

No XIV. pl. 8


O. H. S.


T. Lucreti Cari. poetæ philoſophici antiquiſſimi
de rerum natura liber primus incipit fœliciter.




Eneadū genitrix hominū diuūq; uoluptas
Alma uenus: cæli ſubter labentia ſigna
Quae mare nauigerum quae
terras frugiferentis
Concelebras: per te quoniam genus omne animantum
Concipitur. uiſitq; exortum lumina ſolis.
Te dea te fugiunt uenti: te nubila cæli
Aduentumq; tuum: tibi ſuauis dædala tellus
Submittit flores: tibi rident equora ponti.
Placatumq; nitet diffuſo numine cælum.
Nam ſimulas ſpeties patefacta eſt uerna diei
Et reſerata uiget genitalis aura fauoni
Aeriæ primum uolucres te diua tuumq;
Significant nutum: perculſe corda tua ui
Inde fere pecudes perſultans pabula læta
Et rapidos tranant aranis: ita capta lepore.
Te ſequitur cupide quocunq; inducere pergis.
Deniq; per maria ac montis flouioſq; rapacis
Frondiferaſq; domos auium: campoſq; uirentis
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem
Efficis: ut cupide generatim ſæcla propagent.
Quae quoniam rerum naturam ſola gubernas:
Nec ſine te quicq̄ dias in luminis oras
Exoritur: neq; fit lætum: neq; amabile quicq̄.
Te ſotiam ſtudio ſcribendis uerſibus eſſe.
Quos ego de rerum natura pangere conor
Meminiadæ noſtro. quem tu dea tempore in omni
Omnibus ornatum noluiſti excellere rebus.
Quo magis æternum da dictis diua leporem
Effice: ut interea fera monera militiai
Per maria ac terras omnis ſopita quieſcant.
Nam tu ſola potes tranquilla pace iuuare
Mortalis. quoniam bellifera munera mauors
Armipotens regit. ingremium qui ſæpe tuum ſe
Reficit. æterno deuictus uulnere amoris.
Atq; ira ſuſpiciens cereti ceruice repoſta
Paſcit amore auidos inhians in te dea uiſus.
Atq; tuo pendet reſupini ſpiritus ore.















Huuc tu diua tuo recubantem corpore sancto
Circumfusa super suauis ex ore loquelas
Funde petens placidam Rhomanis inclita pacem.
Nam neq; eos agere hoc patriai tempore iniquo
Possumus equo animo: nec memmi clara propago
Talibus in rebus communi desse saluti.

Omnis natura per se esse diuum.

Omnis enim per se diuum natura necesse est
Immortali æuo summa cum pace fruatur.
Semota a nostris rebus seiunctaq; longe.
Nam priuata dolore omni priuata periclis
Ipsa suis pollens opibus nihil indiga nostri.
Nec bene pro meritis capitur nec tangitur ira.
Quod super est uacuas auris mihi memmius & te
Semotum a curis adhibe ueram ad rationem
Ne mea dona tibi studio disposta fideli
Intellecta prius q̄ sint: contempa relinquas.
Nam tibi de summa cæli ratione deumq;
Disserere incipiam: & rerum primordia pandam.
Vnde omnis natura creet res auctet alatq;.
Quoue eadem rursum natura perempta resoluit
Que nos materiem & genitalia corpora rebus
Reddunda in ratione uocare & semina rerum
Appellare suemus & hec eadem usurpare
Corpora prima quod ex illis sunt omnia primis.

Laus inuentorum.

Humana ante oculos fœde cum uita iaceret
In terris oppressa graui sub relligione
Quæ caput a caeli relligionibus ostendebat
Horribili super aspectu mortalibus instans
Primum gnarus homo mortalis collere contra
Est oculos ausus: primusq; absistere contra
Quem neq; fama deum nec fulmina nec minitanti
Murmure compressit cælum. sed eo magis acrem
Inritat uirtutem animi confringere ut arcta
Naturæ primus portarum claustra cuperet.
Ergo uiuida uis animi peruicit: & extra
Processit longe flammantia mœnia mundi
Atq; omnem immensum peragrauit mente animoq;

Vnde refert nobis uictor quid possit oriri
Quid nequeat. finita potestas deniq; cuiq;
Quantum sit ratione atq; alte terminus hærous.
Quare relligio pedibus subiecta uicissim
Obteritur: nos exæquat uictoria cælo.
Illud in his rebus uereor ne forte rearis
Impia te rationis in ire elementa uiamq;
Indugredi sceleris. quod contra sæpius illa
Relligio peperit scelerosa atq; impia facta.

Exemplũ rellgionis.

Aulide quo pacto triuia ad uirginis aram
Iphianessaio turparunt sanguine fœde
Ductores danaum delecti prima uirorum?
Qui simul in fula uirgineos circumdata comptus
Exutraque pari malarum parte profusa est.
Et mœstum simul ante aras astare parentem
Sensit & hunc propter ferrum celare ministros.
Aspectuq; suo lacrimas effundere ciues
Muta metu terrai genibus sub missa petebat.
Nec misere prodesse in tali tempore quibat
Quod patrio princeps donaret nomine regem.
Nam snb lata uirum manibus tremebundaq; ad aras
Deducta est non ut solemni more sacrorum
Perfecto posset claro comitari hymenæo
Sed casta inceste nubendi tempore in ipso
Hostia concideret mactatu mœsta parentis.
Exitus ut classi fœlix faustusq; daretur.
Malorum tantum relligio potuit suadere.
Tute met a nobis iam quo quis tempore natum
Terriloquis uictus dictis desciscere quæres.
Quippe æternum q̃ multa tibi iam fingere possum
Somnia que uitae rationes uertere possint.
Fortunasq; tuas omnes turbare timore.

Finis doloris.

Et merito: iam si certum finem esse uiderent
Erumnarum homines aliqua ratione ualerent
Relligionibus atq; minis obsistere uatum.
Nunc ratio nulla est restandi nulla facultas
Aeternas quoniam pœnas in morte timendum.

De anima.

Ignoratur enim quæ ſit natura animai.
Nata ſit:an contra naſcentibus inſinuetur.
Et ſimul intereat nobiſcum morte dirempta.
An tenebras orci uiſat uaſtaſq; lacunas.
An pecudes alias diuinitus inſinuet ſe.
Ennius ut noſter cecinit:qui primus Amœno
Detulit ex licone perenni fronde coronam:
Per gentis Italas quæ clara clueret. Clyo
Et ſi præterea tamen eſſe Acheruſia templa
Ennius æternis exponit uerſibus ædens
Quo neq; permanent animæ neq; corpora noſtra.
Sed quedam ſimulachra modis pallentia miris.
Vnde ſibi exortam ſemper florentis Homeri
Commemorat ſpetiem. lacrimas effundere ſalſas
Cœpiſſet rerum naturam expandere dictis.
Qua ppter bene cum ſuperis de rebus habenda
Nobis eſt ratio ſolis lunæq; meatus
Qua fiant ratione: & qua ui queque gerantur
In terris:tum cum primis ratione ſagaci.
Vnde anima atq; animi conſtet natura uidendum.
Et quæ res nobis uigilantibus obuia mentes
Terrificet morbo affectis ſomnoq; ſepultis.
Cernere ut uideamur eos audireq; coronam
Morte obita:quorum tellus ampectitur oſſa.
Nec me animus fallit graiorum obſcura reperta
Difficile inluſtrare latinis uerſibus eſſe.
Multa nouis uerbis preſertim qum ſit agendum
Propter egeſtatem linguæ: & rerum nouitatem.
Sed tua me uirtus tamen & ſperata uoluptas
Suauis amicitiæ:quem uis efferre laborem.
Suadet & inducit noctes uigilare ſerenas
Quærentem dictis quibus & quo carmine demum
Clara tuæ poſſim prepandere lumina menti.
Res quibus occultas penitus conuiſere poſſis.
Hunc igitur temerem animi tenebraſq; neceſſe eſt.
Non radii ſolis neq; lucida tela diei
Diſcutiant:ſed naturæ ſpeties ratioq;
Principium cuius hinc nobis exordia ſumet.

Nihil de nihilo gigni.

Nullam rem e nihilo gigni diuinitus unquam.
Quippe ita formido mortalis continet omnis.
Quod multa in terris fieri cæloq; tuentur
Quorum operum causas nulla ratione uidere
Possunt:ac fieri diuino numine rentur.
Et quo quoq; modo fiant opera sine diuum.
Quas ob res ubi uiderimus nihil posse creari.
Nam si de nihilo fierent:ex omnibus rebus
Omne genus nasci posset:nihil semine egeret.
E mare primum homines:e terra posset oriri.
Squamigerum genus:& uolucres erumpere cælo.
Armenta atq; aliæ pecudes genus omne ferarum
In certo partu culta ac deserta tenerent.
Nec fructus idem arboribus constare solerent.
Sed mutarentur:ferre omnes omnia possent.
Quippe ubi non essent genitalia corpora cuiq;
Qui posset mater rebus consistere certa?
At nunc seminibus quia certis queque creantur.
Inde enascitur atq; oras in luminis exit.
Materies ubi inest cuiusq; & corpora prima
Atq; hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni
Quod certis in rebus inest secreta facultas.
Præterea cur uere rosam frumenta calore.
Vites autumno fundi suadere uidemus
Si non certa suo qui tempore semina rerum
Qum confluxerunt patefit quodcunq; creatur.
Dum tempestates adsunt:& uiuida tellus
Tuto res teneras effert in luminis oras.
Quod si de nihilo fierent subito exorerentur
In certo spatio atq; alienis partibus anni.
Quippe ubi nulla forent primordia:que genitali
Concilio possent arceri tempore iniquo.
Nec porro augendis rebus spatio foret usus
Seminis ad coitum:e nihilo si crescere possent.
Nam fierent iuuenes subito ex infantibus paruis.
E terraq; exorta repente arbusta salirent.
Quorum nihil fieri manifestum est omnia quando
Paulatim crescunt:ut par est semine certo.
Crescentesq; genus seruant:ut noscere posset
Queque sua de materia grandescere aliq;.

Huc accedit uti ſine certis imbribus anni
Lætificos nequeat fœtus ſubmittere tellus.
Nec porro ſecreta cybo natura animantum
Propagare genus poſſit uitamq; tueri.
Vt potius multis communia corpora rebus
Multa putes eſſe: ut uerbis elementa uidemus
Quam ſine principiis ullam rem exiſtere poſſe.
Deniq; cur homines tantos natura parare
Non potuit pedibus qui pontum ꝑuada poſſent
Tranſire: & magnos manibus diuellere montes.
Multaq; uiuendo uitalia uincere ſecla?
Si non materies quæ rebus reddita certaſt
Gignundis: e qua conſtat quid poſſit oriri.
Nihil igitur fieri de nihilo poſſe fatendumſt
Semine quando opus eſt rebus quo quæ creatæ
Aeris in teneras poſſent ꝓferrier auras.
Poſtremo quoniam incultis preſtare uidemus
Culta loca & manibus meliores reddere fœtus
Eſſe uidelicet in terris primordia rerum.
Que nos fecundas uertentes uomere glebas
Terraiq; ſolum ſubigentes cimus ad ortus.
Quod ſi nulla forent noſtro ſine queque labore
Sponte ſua multo fieri meliora uideres.

Nihil ad nihilum interire.

Huc accedit uti queque in ſua corpora rurſum
Diſſoluat natura: neq; ad nihilum interimat res.
Nam ſi quid mortale: e cunctis partibus eſſet
Ex oculis res quæque repente erepta periret.
Nulla ui foret uſus enim que partibus eius
Diſcidium patere & nexus exoluere poſſet.
Quid nunc æterno quia conſtant ſemine queque
Donec uis obiit quæ res diuerberet ictu.
Aut intus penetret per inania diſſoluatq;
Nullius exitium patitur natura uideri.
Præterea quecunque ueſtuſtate amouet ætas
Si penitus premit conſumens materiem omnem
Vnde animale genus generatim in lumina uitæ
Reducit uenus: & reductum dædala tellus.
Vnde alit atq; auget generatim pabula præbens?
Vnde mare: ingenii fontes: externaq; longe

Flumina suppeditant: unde æther sydera pascit?
Omnia enim debet mortali corpore que sunt
Infinita ætas consumpsisse ante acta diesq;.
Quod si in eo spatio atq; ante acta ætate fuere
E quibus hæc rerum consistit snma refecta:
Immortali sunt natura prædita certe.
Haud igitur possunt ad nihilum queque reuerti.
Deniq; res omnis eadem uis causaq; uulgo
Conficeret: nec materies æterna teneret
Inter se nexus minus aut magis indupedita.
Tractus enim læti satis esset causa profecto.
Quippe ubi nulla forent æterno corpore: quorum
Contextum uis deberet dissoluere quæque.
Ac nunc inter se quia nexus principiorum
Dissimiles constant æternaq; materies est
Incolomi remanent res corpore dum satis actis
Vis obeat prætextura cuiusq; reperta.
Haud igitur redit ad nihilum res ulla. sed omnes
Discidio redeunt in corpora materiai.
Postremo pereunt imbres ubi eos pater æther
Ingremium matris terrai precipitauit.
At nitide surgunt fruges: ramiq; uirescunt
Arboribus. crescunt ipse fœtuq; grauantur.
Hic aliter porro nostrum genus atq; ferarum.
Hinc lætas urbes puerum florere uidemus.
Frondiferusq; nouis auibus canere undiq; siluas.
Hinc fesse pecudes pingius per pabula læta
Corpora deponunt: & candens lacteus humor
Huberibus manat distentis. hinc noua proles
Artubus infirmis teneras lasciua per herbas
Ludit lacte mero mentes perculsa nouellas.
Hanc igitur penitus pereunt quecunque uidentur.
Quando aliud ex alio reficit natura: nec ullam
Rem gigni patitur: nec morte ad uita aliena.
Nunc age sis: quoniam docui non posse creari
De nihilo: neq; item genita ad nihil reuocari
Ne qua forte tamen ceptes diffidere dictis
Quod nequeunt oculis rerum primordia cerni.

Corpora que non uideantur.

Accipe præterea que corpora tute necesse est

Confiteare esse in rebus: nec posse uideri.
Principio uenti uis uerberat incita portus
Ingentisq; ruit nauis: & nubila aufert.
Interdum rapido percurrens turbine campos
Arboribus magnis sternit montisq; supremos
Silui fragis uexat flabris. ita perfurit acri
Cum fremitu: sæuitq; minaci murmure pontus.

De uento

Sunt igitur uenti nimirum corpora cæca.
Que mare que terras que deniq; nubila cæli
Vertunt: ac subito uexantia turbine raptant.
Nec ratione fluunt alia stragemq; ꝓpagant.
Vt cum mollis aquæ fertur natura repente
Flumine abundanti quem largis imbribus auget
Montibus ex altis magnus decursus aquai:
Fragmina conitiens siluarum arbustaq; tota.
Nec ualidi possunt pontes uenientis aquai
Vim subitam tollerare ita magno turbidus imbri
Molibus incurrit ualidis cum uiribus amnis
Dat sonitu magno stragem uoluitq; sub undis
Grandia saxa: ruit qua quicunq; fluctibus obstat.
Sic igitur debent uenti quoq; flamina ferri.
Que ueluti ualidum cum flumen ꝓcubuere
Quālibet in partem tendunt res ante: ruuntq;
Impetibus crebis: interdum uertice torto
Corripiunt: rapidiq; rotanti turbine portant.
Quare etiam atq; etiam sunt uenti corpora cæca.
Quando quidem factis & moribus emula magnis
Amnibus inueniuntur aperto corpore qui sunt.

De odore colore frigore & uoce.

Qum porro uarios rerum sentimus odores.
Nec tamen ad nares uenientis cernimus unq̄.
Nec calidos æstus tuimur: nec frigora quimus
Vsurpare oculis: nec uoces cernere suemus.
Que tamen omnia corpora constare necessest.
Natura quoniam sensus impellere possunt.
Tangere enim & tangi nisi corpus nulla potest res.

Vestes uesci & arescì.

Deniq; flucti frago suspensæ in littore uestes
Vuestunt eædem dispanse in sole se arescunt

Ac neq; quo pacto pesens erit humor aquai
Visumst. nec rursum quo pacto fugerit æstu.
In paruas igitur partes dispargitur humor:
Quas oculi nulla possunt ratione uidere.

De anulo in digito & cæteris

Quin etiam multum solis redeuntibus annis
Anulus in digito subter tenuatur habendo.
Stillicidiiq; casus lapidem cauat: uncus aratri
Ferreus oculte decrescit uomer in aruis.
Strataq; iam uolgi pedibus detrita uiarum
Saxea conspicimus: tum portas ꝓpter harena
Signa manus dextras ostendunt attenuari
Sæpe salutantum tactu præterq; meantum.
Hec igitur minui qum sint detrita uidemus.
Sed que corpora decedant in tempore quoque
Inuidia preclusit spetiem natura uidendi.
Postremo quæcunque dies naturaq; rebus
Paulatim tribuit moderatim crescere cogens
Nulla potest oculorum acies contenta tueri.
Nec porro quecunque æuo macieq; senescunt.
Nec mare que impendent uesco sale saxa peresa.
Quid queque amittant in tempore cernere posset.
Corporibus cæcis igitur natura gerit res.
Nec tamen undiq; corporea stipata tenentur
Omnia. natura nanq; est in rebus inane.
Quod tibi cognosse in multis erit utile rebus.
Nec sine errantem dubitare & quærere semper
De summa rerum & nostris diffidere dictis.

De inani.

Quaꝓpter locus est intactuus inane: uacansq;.
Quod si non esset: nulla ratione moueri
Res possent. nanq; officium quod corporis extat
Officere atq; obstare: id in omni tempore adesset
Omnibus. haud igitur quicquam procedere posset.
Principium quoniam cedendi nulla daret res.
At nunc per maria ac terras sublimaq; cæli
Multa modis multis uaria ratione moueri
Cernimus ante oculos: que si non esset inane
Non tam sollicito motu priuata carerent.
Quam genita omnino nulla ratione fuissent.

Vndiq; materies quoniam stipata quiesset.
Præterea q̄uis solidæ res esse putentur.
Hinc tamen esse licet: raro cum corpore cernas
In saxis ac speluncis permanat aquarum
Liquidus humor: & uberibus fluent omnia guttis
Dissipat in corpus se se cibus omne animantum
Crescunt arbusta: & fœtus in tempore fundunt.
Quod cibus in totas usq; a radicibus imis
Per truncos ac per ramos diffunditur omnis.
Inter septa meant uoces & clausa domorum
Transuolitant rigidum permanat frigus ad ossa.
Quod nisi inania possent corpora queque
Transire: haud ulla fieri ratione uideres.
Deniq; cur alias aliis præstare uiolemus
Pondere res rebus nihilo maiore figura?
Nam si tantūdemst in lanæ glomere quantum
Corporum in plumbo est: tantūdem pondere par est.
Corporum officiū ē: quoniā præmere omnia deorsum.
Contra autem natura manet sine pondere inanis.
Ergo quod magnum est æque leuiusq; uidetur
Nimirum plus esse sibi declarat inanis.
Aut contra grauius plus in se corporum inesse
Dedicat. & multo uacuum minus intus habere.
Est igitur nimirum id quod ratione sagaci
Quærimus: admixtum rebus quod inane uocamus.

De piscib⁹ in aqua.

Illud in his rebus ne te deducere uere
Possit. quod quidam fingunt præcurrere cogor.
Cedere squamigeris latices natentibus aiunt.
Et liquidas aperire uias: quia post loca pisces
Linquant quo possint cedentes confluere undæ.
Sic alias quoq; res inter se posse moueri
Et mutare locum: q̄uis sint omnia plena.
Scilicet id falsa totum ratione receptum est.
Nam quo squamigeri poterunt procedere tandem?
Ni spatium dederint latices: concedere porro
Quæ poterant unde quo pisces ire nequibunt?
Aut igitur motu priuandum est corpora queque
Aut esse admixtum dicendum est rebus inane.
Vnde initium primum capiat res quæque mouendi.

Postremo duo de concurso co rpora lata
Sic cita dissiliant nempe aer omne necesse est
Inter corpora quod flat possidat iuane.
Is porro quis circum densantibus auris
Confluat haud poterit tamen uno tempore totum
Compleri spatium:nam primum quisq; necessest
Occupet ille locum deinde omnia possideantur.
Quod si forte aliquis quom corpora dissiluere.
Tum putat id fieri:quia se condenseat aer:
Errat.nam uacuum tum fit:quo non fuit ante.
Et repletur item uacuum:quod constitit ante.
Nec tali ratione potest condensarier aer.
Nec si nam posset sine inani posset opinor
Ipse in se trahere & partis conducere in aurum.
Quapropter quis causando multa moreris
Esse in rebus inane tamen fateare necessest.
Multaq; præterea tibi possum commemorando
Argumenta fidem dictis contradere nostris.
Verum animo satis hæc uestigia parua sagaci
Sunt per quæ possis cognoscere cætera tute.
Namq; caues ut montiuagæ persæpe ferai
Naribus inueniunt in tectis fronde quietes
Qum semel institerunt uestigia certa uiai
Sic aliud ex alio per te tute ipse uidere
Talibus in rebus poteris.cæcasq; latebras
Insinuare omnis:& uernm protrahere inde.
Quod si pigraris paulumue recesseris ab re
Hic tibi Deptano possum promittere memmi
Vsq; adeo largos haustus e fontibus magnis
Lingua meo suauis diti de pectore fundet.
Vt uerear ue tarda prius per membra senectus
Serpat:& in nobis uitai claustra resoluat
Quam tibi de qua uis una re uersibus omnis
Argumentorum sit copia missa per auris.
Sed nunc ut repetam cœptum pertexere dictis.

Corpus & inane esse naturam rerum

Omnis ut est igitur per se natura duabus
Constitit in rebus:nam corpora sunt:& inane
Hæc in quo sita sunt:& qua diuersa mouentnr.
Corpus enim per se communes deducat esse

Senſus:cui niſi prima fides fundata ualebit
Haud erit occultis de rebus quo referentes
Confirmare animos quoquã ratione queamus.
Tum porro locus ac ſpatium quod inane uocamus
Si nullum foret haud quaquã ſita corpora poſſent
Eſſe:neq; omnino quoquã diuerſa meare
Id quod iam ſupera tibi paulo oſtendim ante.

Tertiam naturam nullam eſſe rerum.

Præterea nihil eſt quod poſſis dicere ab omni
Corpore ſe iunctum ſecretumq; eſſe ab inani
Quo quaſi tertia ſit rerum natura reperta.
Nam quodcunque erit eſſe aliquid debebit ad ipſum
Agmine uel grandi uel paruo deniq; dum ſit.
Cui ſi tactus erit q̃uis leuis:exiguuſq;:
Corporum augebit numerum ſummamq; ſequetur.
Sin intactile erit nulla de parte quod ullam
Rem prohibere queat per ſe tranſire meantem
Scilicet hoc id erit uacuum quod inane uocamus.
Præterea per ſe quodcunque erit:aut faciet quid:
Aut aliis fungi debebat agentibus ipſum:
Aut erit ut poſſunt in eo res eſſe geriq;.
At facere & fungi ſine corpore nulla poteſt res.
Nec prebere locum porro:nec inane uacanſq;.
Nulla poteſt rerum in numero natura relinqui.
Nec quæ ſub ſenſus cadat ullo tempore noſtros.
Nec ratione animi quam quiſq̃ poſſit apiſci.
Nam quecunque cluent:aut his coniuncta duabus
Rebus:ea inuenies:aut horum euenta uidebis.
Coiunctum eſt id quod nunq̃ ſine perniciali
Diſcidio potis eſt ſeiungi ſeq; gregari.
Pondus uti ſaxis:calor ignis:liquorum aquarum.
Tactus corporibus cunctis:intactus inani.
Seruitium contra:paupertas:diuitiæq;:
Libertas:bellum:concordia. cætera quorum
Aduentu manet incolumis natura:abituq;
Hec ſoliti ſumus:ut par eſt euenta uocare.
Tempus item per ſe non eſt:ſed rebus ab ipſis
Conſequitur qum ſenſus tranſactum quid ſit in æuo.
Tum quæ res inſtet quid porro deinde ſequatur.
Nec per ſe quenq̃ tempus ſentire fatendumſt.

Semotum ab rerum motu placidaq; quiete.
Deniq; tyndariden raptam belloq; sub actas
Trouigenas gentis ut dicunt esse uidendumst.
Ne forte hæc per se cogant nos contra fateri
Quando ea secla hominum quorum hæc euenta fuere
Inreuocabilis abstulerit iam præterita ætas.
Nanq; aliud terris aliud regionibus ipsis
Euentum dici poterit quodcunq; erit actum.
Deniq; materies si rerum nulla fuisset.
Nec locus ac spatium res in quo quæque geruntur.
Nunq̃ tyndaridis formæ conflatus amore
Ignis alexandri phrygio sub pectore gliscens
Clara accendisset sæui certamina belli.
Nec clam durateus troianus pgama partu
Inflamasset equus nocturno graiugenarum.
Perspicere ut possit res gestas funditus omnis
Non ita uti corpus per se constare: neq; esse
Nec ratione: duere eadem qua constat inane.
Sed magis ut merito possis euenta uocare
Corpum atq; loci res: in quo quæque geruntur.
Corpora sunt porro partim primordia rerum
Partim concilio que constant principiorum.
Sed que sunt rerum primordia nulla potest uis
Stringere. nam solido euincunt ea corpora domum
Et si difficile esse uidetur forsitan quicquam
In rebus: solido reperiri corpore posse.
Transit enim fulmen cæli per septa domorum.
Clamor ut ad uoces: ferrum candescit in igne.
Dissiliuntq; ferro feruenti saxa uapore.
Tum labefactatus rigor auri soluitur æstu.
Tum glacies aeris flamma deuicta liquescit.
Permanat calor argentum penetraleq; frigus
Quando utrinque manu retinentes pocula rite
Sensimus infuso lympsarum rore superne.
Vsq; adeo in rebus solidi nihil esse uidetur.

Solidum esse

Sed quia rara tamen ratio naturaq; rerum
Cognita de paucis dum uersibus expediamus
Esse & que solido atq; æterno corpore constent

Semina que rerum primordia que esse docemus.
Vnde omnis rerum nunc constet summa creata.
Principio quoniam duplex natura duarum
Dissimilis rerum longe constare repertast
Cópum atq; loci:res in quo queque geruntur:
Esse utranq; sibi per se puramq; necessest.
Nam quocúq; uocat spatium quod inane uocamus
Corpus ea non est:qua porro cunq; tenet se
Corpus:ea uacuum ut quaq̃ constat inane.
Sunt igitur solida ac sine inani corpora prima.
Præterea quoniam genitus in rebus inanes
Materiem circum solidam constare necessest:
Nec res ulla potest uera ratione probari
Corpore inane suo cælare:atq; intus habere:
Si non quod cohibet solidum constare relinquas:
Id porro nihil esse potest:nec materiai
Concilium quod inane quæat rerum cohibere.
Materies igitur solido quæ corpore constat
Essent æterna potest qum cætera dissouantur.
Tum porro si nihil est quod inane uacaret.
Omne foret solidum:nec cuncta corpora certa
Esse:que loca complerent quecunq; tenerent.
Omne puod est spatium uacuum constaret inane.
Alternis igitur nimirum corpus inani
Distinctum.quoniam nec plenum naniter extat.
Nec porro uacuum.sunt ergo corpora certa
Que spatium plena possint distinguere inani.
Hec neq; dissolui plagis extrinsecus ictu
Possunt.nec porro penitus penetrata retexi:
Nec ratione queant alia tentata labore.
Id quod iam supra tibi paulo ostendimus ante.
Nam neq; conlidi sine inani posse uidetur
Quicqnã:nec frangi:nec findi in bina secando:
Nec capere humorem: nec item manabile frigus:
Nec penetralem ignem quibus omnia conficiantur.
Et quo quæcunq; magis cohibet res intus inane:
Tam magis his rebus penitus tentata labascit.
Ergo si solida ac sine inani corpora prima
Sunt:ita uti docui sint hec æterna necessest.
Præterea nec materies æterna fuisset.

Ante hac ad nihilum penitus res quæque redissent.
De nihilo quæsita forent quecunque uidemus.
At quoniam supra docui nil posse creari
De nihilo:neq; quod genitum est ad nil reuocari:
Esse immortali primordia corpora debent.
Dissolui quo queque supremo tempore possint.
Materies:ut suppectitet rebus reparandis.
Sunt igitur solida primordia simplicitate.
Nec ratione quæunt alia seruata per æuum
Ex infinito iam tempore res reparare.

Si nullũ finẽ natura parasset.

Deniq; si nullum finem natura parasset
Frangendis rebus:iam corpora materiaeq;
Vsq; reducta forent æuo frangente priore:
Vt nihil ex illis a certo tempore posset
Conceptum summum aetatis peruadere finem.
Nam quid uis citius dissolui posse uidemus:
Quam rursus refici.qua ꝓpter longa diei
Infinita ætas ante acti temporis omnis
Quod fregisset adhuc disturbans dissoluensq;
Reliquo id nunq̃ reparari tempore posset.
At nunc nimirum frangendi reddita finis
Certa manet:quoniam refici rem quanque uidemus.
At finita simul generatim tempora rebus.
Stare quibus possint:æui contingere florem.

De molli natuara ut aqua.

Huc accedit uti solidissima materiai
Corpora qum constãt possint tamẽ omnia reddi
Mollia que fiunt aer aqua terra uapores.
Quo pacto fiant:& qua ui queque generantur.
Admixtum quoniam semel est in rebus inane.
Ac concta si mollia sint primordia rerum:
Vnde queant ualidi silices ferrumq; creari:
Non poterit ratio reddi.nam funditus omnis
Principio fundamenti natura carebit.
Sunt igitur solida pollentia simplicitate.
Quorum condenso magis omnia conciliatu
Arctari possunt ualidisq; ostendere uires.
Porro si nullast frangendis reddita finis
Corporibus:tamen ex æterno tempore quæque

Nunc etiam ſuperare neceſſeſt corpora rebus
Que nondum queant ullo tentata periclo.
At quoniam fragili natura predita conſtant
Diſcrepat æternum tempus potuiſſe manere
Innumerabilib9 plagis uexata per æuum.
Deniq; iam quoniam generatim reddita finis
Creſcendi rebus conſtat uitamq; tenendi.
Et quid queque queant per fœdera naturai
Quid porro nequeāt: ſancitum quando quidem extat.
Nec cōmunicatur quicq̄ quando omnia conſtant.
Vſq; adeo uariæ uolucres ut in ordine cunctæ
Oſtendunt macula generales corpore ineſſe
Immobiles materie quoq; corpus habere
Debent nimirum. nam ſi primordia rerum
Cōmitari aliqua poſſent ratione reuicta.
Incertum quoq; iam conſtet quid poſſit oriri.
Quid nequeat. finita poteſtas deniq; cuiq;
Qua nam ſit ratione atq; alte terminus herens.
Nec totiens poſſet generatim ſecla referre
Naturam motus uictum moreſq; parentum.
Tum porro quoniam eſt extremum quodq; cacumen
Corporum illius quod noſtri cernere ſenſus
Iam nequeunt: id nimirum ſine partibus extat.
Et minima conſtat natura: nec fuit unq̄
Per ſecretum: neq; poſt hec eſſe ualebit
Alterius. quoniam ſunt ipſum primaq; & ima.
Inde aliæ atq; aliæ ſimiles ex ordine partes
Agmine condenſo natura mcorporum explent.
Que quoniam per ſe nequeant conſtare neceſſeſt
Aerens unde queat nulla ratione reuelli.
Sunt igitur ſolida primordia ſimplicitate
Que minimis ſtipata coherent partibus arcte
Non ex illorum conuentu conciliata:
Sed magis æterna pollentia ſimplicitate.
Vnde neq; auelli quicquā nec diminui iam
Concedit natura reſeruans ſemina rebus.
Præterea niſi erit minimum: paruiſſima queque
Corpora conſtabunt ex partibus infinitis.
Quippe ubi dimidiæ partis pars ſemper habebit
Dimidiam partem: nec res prefiniet ulla.

Ergo rerum inter summam minimamq; quid esset
Nil erit ut distet. nam quis funditur omnis
Summa sit infinita. tamen paruissima que sunt
Ex infinitis constabunt partibus æque:
Quod quoniam non reclamat uera: negatq;
Credere posse animum: uictus fateare necessest
Esse ea que nullis iam predita partibus extent.
Et minima constant natura: que quoniam sunt
Illa quoq; esse tibi solida atq; æterna fatendum.
Deniq; si minimas in partes cuncta resolui
Cogere consuesset rerum natura creatrix.
Iam nihil ex illis eadem reparare ualeret.
Propterea quia que nullis sunt partibus aucta
Non possunt ea que debet genitalis habere
Materies: uarios connexus pondere plagas.
Concursus: motus: per quas res quæque geruntur.

Contra Heraclitum.

Quapropter qui materiem rerum esse putarunt
Ignem: atq; ex igni summam consistere solo.
Magno opere a uera lapsi ratione uidentur.
Heraclitus (scoteinos) quiti quorum dux prœlia primus
Clarius obscuram linguam magis inter manos
Quam de graiis inter graios qui uera requirunt.
Omnia enim stolidi magis admirantur amantq;
In uersis que sub uerbis latitantia cernunt.
Veraq; constituunt que bella tangere possunt
Aures. & lepido que sunt furata sonore.
Nam cur tam uariæ res possent esse requiro
Ex uero si sunt igni puroq; creatæ.
Nil prodesset enim calidum denserier ignem
Nec rare fieri si partes ignis eandem
Naturam quam totus habet super ignis haberent.
Acrior ardor enim conductis partibus esset.
Languidior porro disiectisq; superatis.
Amplius hoc fieri nihil est quod posse rearis
Talibus in causis. ne dum uariantia rerum
Tantaq; accensis rarisq; ex ignibus esset.
Id quoq; si faciant admixtum rebus inane
Denseri poterunt ignes rariq; relinqui:
Sed quia multa sibi cernunt contria inesse

Et fugiant in rebus inane relinquere purum
Ardua dum metuunt amittunt uera uia.
Nec rursum cernunt exemptum rebus inane
Omnia denseri fieriq; ex omnibus unum
Corpus. nihil ab se quod possit mittere raptum
Aestifer ignis uti lumen iacit atq; uaporem.
Vt uideas non e stipatis partibus esse.
Quod si forte una credunt ratione potesse
Ignis incœtus stringi massareq; corpus
Scilicet ex nulla facere id si parte repareent
Occidit ad nihilum nimirum funditus ardor
Omnis & ex nihilo fient quecunque creantur.
Nam quodcunque suis mutuatum finibus exit
Continuo hoc mors est illius quod fuit ante
Proinde aliquod superare necesse est in colume ollis
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes
De nihilo renata uirescat copia rerum.
Nunc igitur quoniam certissima corpora quedam
Sunt que conseruant naturam semper eandem
Quornm abitu aut aditu: mutatoq; ordine: mutant
Naturam res & conuertunt corpora se se
Scire licet non esse hec ignea corpora rerum.
Nil referret enim quedam descendere abire
Atq; alio attribui mutariq; ordine quedam
Si tantum ardoris naturam cuncta tenerent.
Ignis enim foret omni modis quodcunque crearet.
Verum ut opinor itast sunt quedam corpora quorum
Concursus: motus: ordo: positura: figuræ:
Efficiunt ignis. mutatoq; ordine mutant
Naturam: neq; sunt igni similata. neq; ulli
Præterea rei que corpora mittere posset
Sensibus & nostros aiectu tangere tactus.
Dicere porro sequi rem res omnis: neq; ullam
Rem ueram in numero rem constare: nec ignem.
Quod facit hic: idem per delirus esse uidetur.
Nam contra sensus ab sensibus ipse repugnat.
Et labefactat eos unde omnia credita pendent.
Vnde hic cognitus est ipsi qui nominat ignem?
Credit enim sensus ignem cognoscere uere.
Cætera non credit nihilo que clara minus sunt.

Quod mihi cum uanum tum delirum esse uidetur.
Quo referemus enim quod nobis certius ipsis
Sensibus esse potest qui uera ac falsa notemus.
Præterea quare quisquam magis omnia tollant.
Et uelut ardoris naturam linquere solam
Quam neget esse ignis summam tamen esse relinquat?
Neq; uidetur enim dementia dicere utrunque
Neq; ignem neq; aera neq; humorem principia esse.
Quapropter qui materiem rerum esse putarunt
Ignem: atq; ex igni summam consistere posse.
Et qui principium gingendis aera rebus
Constituerem: aut humorem quicunq; putarunt
Fingere res ipsam per se terram ue creare
Omnia: & in rerum naturas uertier omnis:
Magno opere a uero longeq; errasse uidentur.
Adde etiam qui conduplicant primordia rerum
Aera iungentes igni: terramq; liquori.
Et qui quattuor ex rebus posse omnia rentur
Ex igni terra atq; omnia procrescere & imbri.

Contra Eupedoclen

Quorũ acragãtin9. i. acragãdos eũ pris eupedocles ẽ
Insula quem triquetris terrarum gessit nioris.
Quam fluitans circum magnis anfractibus aequor
Ionium: glancis aspergit littus ab undis.
Angustoq; fretu rapidum mare diuidit undis
Italiæ terrarum oras a finibus eius.
Hic est uasta carybdis: & hic aetnæa minantur
Murmura flamarum rursum se colligere iras
Faucibus eruptos iterum uis euomat ignis.
Ad cælumq; ferat flamam fulgura cursum.
Que cum magna modis multis miranda uidentur
Gentibus humanis regio uisenda: que fertur
Rebus opima bonis multa munita uirum ui.
Nil tamen hoc habuisse uiro preclarius in se:
Nec sãctũ magis & mirũ: carũq; uidet. (Laus eupedo.
Carmina quin etiam diuini pectoris eius
Vociferantur: & exponunt præclara reperta.
Vt uix humana uideatur stirpe creatus
Hic tamen: & supra quos diximus inferiores
Partibus egregiæ multis multoq; minores

Quamq̄ multa bene ac diuinitus inuenientes
Ex adito tanq̄ cordis responsa dedere
Sanctius & multo certa ratione magisq̄
Pythia quæ tripodis phœbi lauro profatur:
Principiis tamen in rerum fecere ruinas.
Et grauiter magni magno cecideri ibi casu
Primumq; motus exempto rebus inani
Constituunt & res molles rarasq; relinquunt.
Aera solem ignem terras animalia fruges.
Nec tamen admiscent in eorum corpus inane.
Deniq; & quod omnino finem non esse secandis
Corporibus facient neq; pausam stare fragori.
Nec prorsum in rebus nimirum consistere quiuit.
Qum uideamus id extremum cuiusq; cacumen
Esse: quod ad sensus nostros minimum esse uidetur.
Conicere ut posset ex hoc que cernere non quis
Extremum quod habent minimum consistere rebus.
Huc accedit item quoniam primordia rerum
Mollia constituunt que nos natiua uidemus
Esse: & mortali cum corpore funditus ut qui
Debeat ad nihilum iam rerum summa reuerti
De nihiloq; renata uigescere copia rerum.
Quorum utrunque quid a uero iam distet habebis.
Deinde inimica modis multis: sunt atq; uenena
Ipsa inter se. qua re aut congressa peribunt.
Aut ita diffugient. ut tempestate coacta
Fulmina diffugere atq; imbres uentosq; uidemus.
Deniq; quattuor ex rebus si cunta creantur:
Atq; in eas rursum res omnes dissoluuntur:
Qui magis illa queunt rerum primordia dici
Quam contra res illorum retroq; putari?
Aeternis gignuntur enim mutantq; colorem.
Et totam inter se naturam tempore ab omni.
Fulmina diffugere atq; imbres uentosq;.
Sin ita forte putas ignis terreq; cohire
Corpus: & aereas auras roremq; liquorum.
Nihil in concilio naturam ut mutet eorum:
Nulla tibi ex illis poterit res esse creata.
Non animas non ex animo cum corpore ist arbos.
Quippe suam quisq̄ incœtum uariantis acerni

Naturam ostendit:mixtusq; uidebitur aer
Cum terra simul & quodam cum rore manere.
At primordia gignandis in rebus oportet
Naturam claudestinam cæcamq; adhibere
Denumerot nequid quod contra pugnet & obstet
Quo minus esse queat ꝓprie quodcunq; creatur.
Quando etiam repetunt a cælo atq; ignibus eius.
Et primum faciunt ignem se uertere in auras
Aeris:hinc ignem gigni.terramq; creari
Ex igni.retroq; in terram cuncta reuerti.
Humorem primum.post aera.deinde calorem.
Nec cessere hec inter se mutare meare
A cælo ad terram:de terra ad sydera mundi
Quod facere haud ullo debent primordia facto.
Immutabile enim quiddam superare necesse est.
Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.
Nam quodcunque suis mutatum finibus exit:
Continuo hoc mors est illius quod fuit ante.
Quaꝓpter quoniam que paulo diximus ante.
In commutatum ueniunt:constare necesse est
Ex aliis ea que nequeant conuertier usq̄.
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.
Quin potius tali natura predita quedam
Corpora constituas: ignem si forte crearint
Posse eadem demptis paucis paucisq; tributis
Ordine mutato & motu facere aeris auram.
Sic alias aliis rebus mutarier omnes.
Ac manifesta palam res indicat inquis in auram
Aeris e terra res omnis crescere aliq;
Et nisi tempestas indulget tempore fausto
Imbribus:& tale nymbrorum arbusta facillent:
Solq; sua pro parte fouet tribuitq; calorem:
Crescere non possint fruges arbusta animantes.
Scilicet & nisi nos cibus aridus & tener humor
Adiuuerint:amisso iam tempore:uita quoq; omnis
Omnibus e neruis atq; ossibus exsoluatur.
Adiutamur enim dubio procul atq; alimur nos
Certis ab rebus certis:aliæ atq; aliæ res
Nimirum quia multimodis communia multis
Multarum rerum in rebus primordia mixta

Sunt ideo uariis uariæ res rebus aluntur.
Atq; eadem magni refert primordia sæpe
Cum quibus & quali positura contineantur:
Et quos inter se se dent motus: accipiantq;.
Nam eadem cælum mare terras flumina solem
Constituunt eadem fruges arbusta animantis.
Verum aliis alioq; modo commixta mouentur.
Quando etiam passim in uersibus ipsis
Multa elementa uides multis communia bellis.
Quun tamen inter se se uorsus ac uerba necessest
Confiteare & re & sonitu distare sonanti.
Tantum elementa queunt permutato ordine solo
Atq; rorum que sunt primordia plura adhibere
Possunt. inde queant uariæ res quæque creari.

Contra Anaxagoram.

Nunc & Anaxagore scrutemur homoeomerian
Quam græci memorāt. nec nostra dicere lingua
Concedit nobis patrii sermonis egestas.
Sed tamen ipsam rem facilest exponere uerbis.
Principio rerū quā dicit homoeomerian. (omoiomeria
Ossa uidelicet de pauxillis atq; minutis
Ossibus: sic & de pauxillis atq; minutis
Visceribus uiscus gigni sanguenq; creari:
Sanguinis inter se multis coeuntibus guttis.
Ex auriq; putat nucis consistere posse
Aurum. & de terris terrai concrescere paruis.
Ignibus ex ignis. humorem humoribus esse.
Cætera consimili fingit ratione putatq;.
Nec tamen esse ulla parte idem in rebus inane
Concedit. neq; corporibus finem inesse secandis.
Quare in utraque mihi pariter ratione uidetur
Errare. atq; illis iura quod diximus ante.
Adde quod imbecilla nimis primordia fingit.
Si primordia sunt simili que predita constant
Natura: atq; ipsæ res sunt aeque q; laborant
Et pereunt: neq; ab exitio res ulla refrenat.
Nam quid in oppressu ualido durabit eorum
Vt mortem efficiat læti sub coetibus ipsis
Ignis. an humor an aura quid horum sanguis omos
Nihil ut opinor. ubi ex æquo res funditus omnis

Tam mortalis erit:q̄ que manifesta uidemus
Ex oculis nostris aliqua ui cuncta perire.
At neq; recedere ad nihilum res posse:neq; autem
Crescere de nihilo testor res ante probatas.
Præterea quoniam cibus auget corpus:alitq;.
Scire licet nobis uenas & sanguen & ossa.
Sine cibo omnis commixto corpore dicent
Esse:& habere in se neruorum corpora parua:
Ossaq;:& omnino uenas partesq; cruoris.
Fiet uti cibus omnis & aridus & liquor ipse
Ex alienigenis rebus constare putetur
Ossibus:& neruis:sanisq;:& sanguine mixta.
Præterea quecunque e terra corpora crescunt:
Si sunt in terris terram constare necessest
Ex alienigenis que terris exoriuntur.
Transfer item totidem uerbis utare licebit
In lignis.si flama latet:fumusq;:cinisq;:
Ex alienigenis constant ligna necesse est.
Præterea tellus quæ corpora cunq; alit auget
Ex alienigenis que lignis exoriuntur.
Linquitur hic tenuis copia quædam latitandi
Id quod Anaxagoras sibi sumit:& omnibus omnis
Res putet immixtas rebus latitare:sed illud
Apparere unum cuius sint plurima mixta
Et magis in promptu primaq; in fronte locata.
Quod tamen a uera longe ratione repulsumst.
Cōueniebat enim fruges quoq; sæpe minacis(minutas
Robore cum in saxi franguntur:mittere signum
Sanguinis:aut aliquid nostro que corpore aluntur
Qum lapidem in lapidem terimus manare cruorem.
Consimili ratione herbis quoq; sæpe decebat
Et latices dulcis guttas:similiq; sapore
Mittere lanigere quales sunt ubere lactis.
Scilicet & glebis terrarum sæpe fimatis
Herbarum genera & fruges frondesq; uideri
Dispertita:& in terram latitare minutæ.
Postremo in lignis cinerem fumumq; uideri
Cum præfracta forent ignisq; latere minutos.
Quorum nihil fieri quoniam manifesta docet res.
Scire licet non esse in rebus res ita mixtas.

Verum ſemina multimodis in mixta latere
Multarum rerum in rebus communia debent.
At ſæpe in magnis fit montibus inquis:ut altis
Arboribus uicina cacumina ſumma terantur
Inter ſe:ualidis fulgere id cogentibus auſtris
Donec coorto fulſerunt flamæ fulgore.
Scilicet & non eſt lignis tamen inſitus ignis.
Verum ſemina ſunt arboris multa terendo.
Que cum fluxere:creant incendia ſiluis.
Quod ſi facta foret ſiluis abſcondita flama:
Non poſſent ullum tempus celarier ignes.
Conficerent uolgo ſiluas arbuſta cremarent.
Iam ne uides igitur paulo quod diximus ante
Per magni referre eadem primordia ſæpe
Cum quibus & quali poſitura contingantur.
Et quos inter ſe dent motus:accipiantq;.
Atq; eadem paulo inter ſe mutata creare
Ignes e lignis. quo pacto uerba quoq; ipſa
In ter ſe paulo mutatis ſunt elementis.
Qum ligna atq; ignes diſtincta uoce notemus.
Deniq; iam quecunque in rebus cernis apertis
Si fieri non poſſe putas quin materiai
Corpora conſimili natura predita fingas.
Hac ratione tibi pereunt primordia rerum
Fiet uti riſu tremulo concuſſa cachinnent
Et lacrimis ſalſis humectent ora:genaſq;.
Nunc age quod ſuper eſt cognoſce:& clarius aude
Nec me animi fallit q̄ ſint obſcura:ſed acri
Percurſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor.
Et ſimul incuſſit ſuauem mi in pectus amorem
Muſarum. quo nunc indiſtinctus mente uigenti
Auia pieridum peragro. locus nullius ante
Trita ſolo:iuuat integros accedere fontis.
Atq; haurire iuuat nouos decerpere flores.
Inſignemq; meo capiti petere inde coronam.
Vnde prius nulli uelarint tempora muſæ.
Primum q magnis decet de rebus & arctis
Relligionum animum nodis exoluere pergo.
Deinde quod obſcura de re tam lucida pango
Carmina muſæo contingens cuncta lepore.

Id quoq; enim non ab nulla ratione uidetur.
Sed ueluti pueris absinthia tetra medentes
Qum dare conantur prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoq; liquore:
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Absinthi laticem deceptaq; non capiatur:
Sed potius tali facto recreata ualescat.
Sic ego nunc quoniam hæc ratio plerunq; uidetur
Tristior esse quibus non est tractata: ideoq;
Volgus abhorret ab hac: uolui tibi suaui loquenti
Carmina pierio rationem exponere nostram.
Ec quasi musæo dulci contingere melle.
Si tibi forte animum tali ratione tenere
Versibus in nostris possem dum perspicis omnem
Naturam rerum: qua constet compta figura.

De fine corpornm solidorum.

Sed quoniam docui solidissima materiai
Corpora perpetuo uolitare inuicta per æuum.
Nunc age summa audi quæ nam sit finis eorum.
Nec sic euoluamus item quod inane repertumst
Seu locus ac spatium res: in quo quicquid geratur
Peruideamus utrum finitum funditus omne
Constet: & an immensum paceat adusq; profundum.
Omne quod est igitur nulla regione uiarum
Finitumst. namq; extremum debebat habere.
Extremum porro nullius posse uidetur
Esse: nisi ultra sit quod finiat ut uideatur.
Quod non longius hæc sensus natura sequatur.
Nunc extra summum quoniam nihil esse fatendum:
Non habet extremum. caret ergo fine modoq;.
Nec refert quibus adsistas regionibus eius.
Vsq; adeo quam quisque possedit: in omnis
Tantundem partis infinitum omne relinquit.
Præterea si iam finitum constituatur
Omne qnod est spatium: si quis percurrat ad oras
Vltimus extremas: iaciatq; uolatile celum
Inualidis utrum contortion uiribus ire
Quod fuerit missum maius longeq; uolare:
An ꝓhibere aliquid censes obstareq; posse?

Alterutrum fatearis enim: summasq; necesse est.
Quorum utrunque tibi effugium præcludit: & omne
Cogit: ut exempta concedas fine patere.
Nam siue est aliquid quod prebeat: efficiatq;
Quo minus quo missum est ueniat finiq; locet se:
Siue foras fertur: non est a fine profectum.
Hoc pacto sequar: atq; oras obitumq; locaris
Extremas: quæram quid tælo deniq; fiat.
Fiet uti nusq̄ possit consistere finis.
Effugiumq; fugæ prolatet copia semper.
Præterea spatium summai totius omne
Vndiq; si inclusum certis consisteret oris:
Finitumq; foret: iam copia materiai
Vndiq; ponderibus solidis confluxit ad imum.
Nec res ulla geri sub cæli tegmine posset.
Nec foret omnino cælum: neq; lumina solis.
Quippe ibi materies omnis cumulata iaceret
Ex infinito iam tempore sub sidendo.
At nunc nimirum requies data principiorum
Corporibus: nullast: quia nihil est funditus imum
Quo quare confluere & sedes ubi ponere possent.
Semper in assiduo motu res quæque geruntur
Partibus incunctis: infernaq; suppeditantur
Ex infinito cito corpora materiai.
Postremo ante oculos res iam finire uidetur.
Aer dissepit collis: atq; aera montes.
Terra: mare. & contra mare: terras terminat omnis.
Omne quidem uero nihil est quod finiat extra.
Est igitur natura loci spatiumq; profundi
Quod neq; clara suo percurrere flumine cursu
Perpetuo possunt æui labentia tractu.
Nec prorsum facere: ut restet minus in remeando.
Vsq; adeo passim patet ingens copia rebus
Finibus exemptis in cunctas undiq; partis.
Ipsa modum porro: sibi rerum summa parare
Ne possit natura tenet. quia corpus inane
Ec quod nunc autemst finiri corpore cogit.
Vt sic alterius infinita omnia reddat.
Aut etiam alterutrum nisi terminat alterum eorum
Simplici e natura pateat tamen immoderatum.

Nec mare: nec tellus neq; cæli lucida templa:
Nec mortale genus: nec diuum corpora sancta:
Exiguum possent horai sistere tempus.
Nam dispulsa suo de coitu materiai (motu)
Copia ferretur magnum per inane soluta
Siue adeo potius nunq̃ concreta creasset
Vllam rem: quoniam cogi disiecta nequiesset.
Nam certe neq; consilio primordia rerum
Ordine se suo: neq; sagaci mente locarunt.
Sed quia multa modis multis mutata per omne
Ex infinito nexantur percita plagis.
Omne genus motus & cœtus experiundo
Tandem deueniunt in tales dispposituras
Qualibet hæc rebus consistit summa creata
Et multos etiam magnos seruata per annos
Vt semel in motus coniectast conuenientis
Efficit ut largis auidum mare fluminis undis
Integerent amnes. & solis terra uapore
Tota mouet fœtus summa qua gen⁹ animantum
Floreat. & uiuant labentis ætheris ignes.
Quod nullo facerent pacto nisi materiai
Ex infinito subiri copia posset.
Vnde amissa solent reparare in tempore queque.
Nam ueluti priuata cibo natura animantum
Diffluit amittens corpus: sic omnia debent
Dissolui simul ac defficit suppeditare
Materies aliqua rarione auersa uiai.
Nec plagæ possunt extrinsecus undiq; summam
Conseruare omne quæ cum est conciliata.
Cudere enim crebro possunt. partemq; morari
Dum ueniant aliæ ac suppleri summa queatnr.
Inter resilire tamen coguntur. & una
Principium rerum spatium tempusq; fugai
Largiri ut possint a cœtu libera ferri.
Quare etiam atq; etiam sub oriri multa necesse est.
Et tamen ut plagæ quoq; possint suppetere ipse.
Infinita opus est uis undiq; materiai.

Is to messon phora.

Illud in his rebus longe fuga credere memini
In medium summæ: quod dicunt omnia niti.

Atq; ideo mundi naturam stare: sine ullis
Ictibus æternis: neq; quoquam posse resolui
Summa atq; ima. quod in medium sint omnia cuxa.
Ipsum si quicq̄ posse in se sistere credis
Et que pondera sunt sub terris omnia rursum
Nitier: intereaq; retro requiescere posta.
Vt per aquas que nunc rerum simulachra uidemus
Et simili ratione animalia supra uagari
Contendunt: neq; posse e terris in loca cæli
Recidere inferiora magis q̄ corpora nostra
Sponte sua possint in cæli templa uolare
Illi qum uideant solem nos sydera noctis
Cernere: & alternis nobiscum tempora cæli
Diuidere: & noctes parilis agitare diebus.
Sed uanus stolidis hec
Amplexi quod habent peru
Iam medium nihil esse potest
Infinita deniq; omnino si iam
Possit ibi quicq̄ consistere
Quam quauis alia longe ratione.
Omnis enim locus ac spatium quod inane uocam9
Per medium per non medium concedere
Aequis ponderibus motus quacunq; feruntur
Nec quisq̄ locus est quo corpora conuener
Ponderis amissa ui possint stare inani
Nec quod inane autem est ullis subsistere debet
Quin sua quod natura petit concedere pergat
Hanc igitur possunt tali ratione teneri
Res. in concilium medii cupidne uictæ
Præterea quoniam non omnia corpora fingunt
In medium niti: sed terrarum atq; liquorum
Et quasi terreno que corpore contineantur
Humorem ponti: magnasq; e montibus undas.
At contra tenuis exponunt artus auras.
Et calidos simul a medio differier ignis.
Et solis flamam per cæli cerula pasti
Quod calor a medio fugiens sibi conligat omnis.
Nec prorsum arboribus summos frondescere ramos
Posse: nisi a terris paulatim cines cibatum
Ne uolucri ritu flamarum mœnia mundi

Diffugiant subito magnum per inane soluta.
Ec ne cætera consimili ratione sequantur.
Ne ue ruant cæli penetralia templa superne
Terraq; se pedibus raptim subducat. & omnis
Inter permixtas rerum cæliq; ruinas
Corpora soluentes abeant per inane profundum
Temporum ut puncto nihil extet reliquiarum
Desertum præter spatium & primordia cæca.
Nam quecunque prima de parti corpora deesse
Constitues hæc rebus erit pars ianua læti.
Hac se turba foras dabit omnis materiai.
Hec si pernosces parua perductus opella
Neq; aliud ex alio clarescet nec tibi cæca
Nox iter eripiet:quando ultima naturai
Peruideas ita res accedent lumina rebus.

Capitula primi libri.

T. Lucreti. Cari. poetæ antiquissimi de rerum natura
Libet primus explicit fœliciter.

Incipit liber secundus eiusdem poetæ.

Sarcoseus id est sarcos eustates cata schema.

Suaue mari magno turbātib⁹ æquora uētis
E terra magnum alterius spectare laborem.
Non quia uexari quēpiamst iocūda uoluptas.
Sed quibus ipse malis careas: quia cernere suaueſt
Per campos instructa tua sine parte pericli.
Suaue etiam belli certamina magna tueri.
Sed nihil dulcius eſt bene q̄ munita tenere
Edita doctrina sapientum templa serena.
Despicere unde queas alios: passimq; uidere
Errare ingenio: contendere nobilitate.
Noctes atq; dies niti præstant e labore.
Ad summas emergere opes: rerumq; potiri.
O miseras hominum mentes o pectora cæca
Qualibet in tenebris uitae quantisq; periclis
Degitur hoc æui quodcunque eſt: nonne uidetis
Nihil aliud sibi naturam latrare. nec ut qui
Corpore seiunctus dolor absit mente: fruatur
Iucundo sensu cura semota metuq;
Ergo corpoream ad naturam pauca uidemus
Esse opus omnino que demant cunque dolorem.
Delicias quoq; uti multas substernere possint
Gratius interdum. neq; natura ipsa requiret.
Si non aurea sunt iuuenum simulacra per ædes
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris.
Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur.
Nec domus argento fulget: auroq; renidet.
Nec cytharæ laqueat roboantia aurataq; templa.
Nec cytharis reboant la queata
Qum tamen inter se prostrati in gramine molli
Propter aquæ riuum: sub ramis arboris altæ
Non magnis opibus iocunde corpora curant.
Præsertim qum tempestas arridet: & anni
Tempora conspergunt uiridantis floribus herbas.
Nec calidæ citius decedunt corpore febres
Textilibus si in picturis ostroq; rubenti
Lacteris: q̄ in plebera ueste cubandum eſt.
Quapropter quoniam nihil nostro in corpore gere
Proficiunt neq; nobilitas nec gloria regni.
Quod super eſt animo quoq; nil prodesse putandum.
Si non forte tuas legiones puer loca campi

Feruere qum uideas belli ſimulacra cientis
Subſidiis magnis epicuri conſtabilitas
Ornatas armis ita ſtatuas ſtanteſq; animatas.
His tibi cum rebus tumefactæ religiones
Effugiant animo pauidæ mortiſq; timores.
Tum uacuum tempus linquunt: curaq; ſolutum.
Quod ſi ridicula hec ludibraq; eſſe uidemus
Reuera: quæ metus hominum: curæq; ſequaces:
Nec metuunt ſonitus: nec fera tela.
Audacterq; inter reges rerumq; potentes
Verſantur: neq; fulgorem reuerentur ab auro.
Nec clarum ueſtis ſplendorem purpureai.
Quid dubitas quando omnis ſit hæc rationis poteſtas?
Omnis qum in tenebris preſertim uita laboret.
Nam ueluti pueri trepidant: atq; omnia cæcis
In tenebris metuunt: ſic nos in luce timemus
Interdum nihilo que ſunt metuenda: magis q̃
Que pueri in tenebris pauitant: finguntq; futura.
Hunc igitur terrem animi tenebraſq; neceſſe eſt
Non radii ſolis neq; lucida tæla diei
Diſcutiant: ſed naturae ſpeties: ratioq;.

De motu principiorũ & infinita eſſe.

Nunc age quo motu genitalia materiai
Corpora: res uarias gignant: genitaſq; reſoluant.
Et qua ui facere id cogantur: quæq; ſit illis
Reddita mobilitas magnum per inane meandi
Expediam. tu te dictis prebere memento.
Nam certe non inter ſe ſtipata coheret
Materies: quoniam minui rem quamq; uidemus.
Et qua longinquo fluere omnia terminus æuo.
Ex oculiſq; uetuſtatem ſubducere noſtris.
Qum tamen in colomis uideatur ſumma manere.
Propterea quia que decedunt corpora cuiq;
Vnde abeunt minuunt quo uenere agmine donant.
Illa ſeneſcere: at hec contra floreſcere cogunt.
Nec remorantur ibi. ſic rerum ſumma nouatur
Semper. & inter ſe mortales mutua uiuunt.
Augeſcunt aliæ gentes: aliæ minuuntur.
Inq; breui ſpatio mutantur ſæcla animantum.
Et quaſi curſores uitai lampada traduntur.

Si cessare putas rerum primordia posse:
Censsandoq; nouos rerum progignere motus:
Auius a uera longe ratione uagaris.
Nam quoniam per inane uagantur cuncta necessest
Aut grauitate sua ferri primordia rerum.
Aut ictu forte alterius. nam cita superne
Obuia confluxere ut uti diuersa repente
Dissiliant. neq; enim mirum durissima que sint
Ponderibus solidis neq; quicquã a tergibus obstet.

Imum nihil esse.

Et quo iactari magis omnia materiai
Corpora peruideas reminiscere totius imum.
Nil esse in suma. neq; habere ubi corpora prima
Consistant. quoniam spatium sine fine modoq;st.
Immensumq; patere. in cunctas undiq; partis
Pluribus ostendit. certa & ratione ꝓbatum est.
Quod quoniam constat nimirum nulla quies est!
Reddita corporibus primis per inane profundum.
Sed magis assiduo uarioq; exercita motu
Partim inter uallis magnis consulta resultant.
Pars etiam breuibus spatiis nexantur ab ictu.
Et quecunque magis condenso conciliatu.
Exiguis inter uallis connecta resultant.
Indupedita suis perplexis ipsa figuris.
Hæc ualidas saxi radices & fera ferri
Corpora constituunt. & cætera de genere horum.
Paucula que porro magnum inane uagantur.
Cætera dissiliunt longe: longeq; recursant
In magnis interualllis. hec aera rarum
Sufficiunt nobis & splendida lumina solis.
Multaq; prætere magnum per inane uagantur
Concilas rerum que sunt reiecta: nec usq̃
Consonare etiam motus potuere recepta

Que in solis radiis apparent.

Cuius uti memoror rei simulachrum & imago
Ante oculos semper nobis uersatur & instat.
Contemplator enim solis lumina qumq;
Insertim fundant radios per opaca domorum
Multa minuta modis multis per inane uidebis
Corpora misceri radiorum lumine in ipso.

Et uelut æterno certamine prælia pignas
Edere turmatim certantia: nec dare pauſam
Conciliis & diſcidiis exercita crebris.
Coniicere ut poſſis ex hoc primordia rerum
Quale ſic in magno iactari ſemper inani
Dum taxat rerum magnarum parua poteſt res
Exemplare dare & ueſtigia noticiai.
Hoc etiam magis hec animum te aduere par eſt.
Corpora que in ſolis radiis turbare uidentur
Quod tales turbæ motus quoq; materiai
Significant claudeſtinos cæcoſq; ſubeſſe.
Multa uidebis enim plagis ibi percita cæcis
Commutare uiam retroq; repulſa reuerti.
Nunc huc nunc illuc in cunctas undiq; partis.
Silicet hic a principiis eſt omnibus error.
Prima mouentur enim per ſe primordia rerum.
Inde ea que paruo ſunt corpora conciliatu
Ec quai proxima ſunt ad uires principiorum.
Letibus illorum cæcis impulſa cientur.
Ipſa que porro paulo maiora laceſſunt.
Sic a principiis aſcendit motus & exit
Paulatim noſtros ad ſenſus: ut moueantur
Illa quoq; in ſolis que lumine cernere quimus
Nec quibus id faciant plagis apparet aperte.

De celeritate motus.

Nunc quae mobilitas ſit reddita materiai
Corporib9 paucis licet hinc cognoſcere memmi
Primum aurora nouo qum ſpargit lumine tetras (Vir
Ec uariæ uolucres nemora auia peruolitantes
Aera pertenerum liquidis loca uocibus opplent.
Quam ſubito ſoleat ſol ortus tempore tali
Conueſtire ſua profundens omnia luce.
Omnibus in promptu manifeſtumq; eſſe uidemus.
Ac uapor is quem ſol mittit lumenq; ſerenum
Non per inane meat uacuum: quo tardius ire
Cogitur aereas quod ſol diueberat undas.
Nec ſingulatim corpuſcula queque uapores
Sed complexa meant inter ſe cunq; globata.
Quapropter ſimul inter ſe trahuntur: & extra
Officiuntur. uti cogantur tardius ire.
At que ſunt ſolida primordia ſimplicitate

Qum per inane meant uacuum ne crescere morast
Vlla foris. atq; ipsa suis e partibus unum
Vnum in quem cæpere locum connixa feruntur
Debent nimirum præcellere mobilitate.
Et multo citius ferri q̃ lumina solis.
Multiplexq; loci spacium transcurrere eodem
Tempore: quo solis per uolgant fulgura cælum
Nec persectari primordia singula queque
Vt uideant qua quicque geratur cum ratione.
At quidam contra hec ignorari materiai
Naturam non posse deum sine numine reddi.
Tanto opere humanis rationibus: ac moderate
Tempora mutare annorum frugesq; creare.
Etiam cætera mortalis que suadet adire.
Ipsaq; deducit dux uitæ dia uoluptas.
Et res per ueneris blanditum sæcla ꝓpagent.
Ne genus occidat humanum: quorum omnia causa
Constituisse deos confingunt omnibus rebus:
Magno opere a uera lapsi ratione uidentur.
Nam q̃uis rerum ignorem primordia que sint
Hoc tamen ex ipsis cæli rationibus ausim
Confirmare aliis que ex rebus reddere multis
Ne quaq̃ nobis diuinitus esse creatam
Naturam mundi: quamque hec sint prædita culpa.
Que tibi posterius memmi faciemus aperta.
Nunc id quod super est de motibus expediemus.

Nihil sursum ferri corpusculorum:
Sed pressa a radicib⁹ exurgere corpa.

Nunc locus est ut opinor in his illud quoq; reb⁹
Confirmare tibi nullam rem posse suaui
Corpoream sursum ferri sursumq; meari
Nec tibi dem timeo flammarum corpora fraudem.
Sursus enim uersus gignuntur & agmina sumunt
Et sursum itidem fruges arbustaq; crescunt
pondera quantum in se est qum deorsum cuncta ferant
Nec qum subsiliunt ignes ad tecta domorum.
Ec celeri flama degustant tigna trabesq;.
Sponte sua facte id sine ui subiecta putandumst.
Quod genus e nostro cum missus corpore sanguis
Emicat exultans alte spargitq; cruorem
Nonne uides etiam quanta ui tigna trabesq;

Respuat humor aquæ:nam quo magis urgimus alta
Directa & magna ui multa pressimus egere altu
Tam cupido sursum remouet magis atq; remittit.
Plus ut parte foras emergant exiliantq;.
Nec tamen hec quantum est in se dubitamus opinor?
Quin uacuum per inane deorsum cuncta ferantur.
Sic igitur quoq; debent flamæ posse per auras
Aeris expresse sursum succedere:quãq
Pondera quantum inest deorsum ducere pugnent.
Nocturnasq; faces cæli sub lune uolantis.
Nonne uides longos flamarum ducere tractus (Vir.
In quascunque dedit partes natura meatum
Non cadere in terram stellas & sydera cernis?
Sol etiam summo de uertice dissipat omnis
Ardorem in partis & lumine conserit arua.
In terras igitur quoq; solis uergitur ardor.
Terras uersosq; uolare per imbris fulmina cernis.
Nunc hinc nunc illinc abrupti nubibus ignes
Concursant:cadit in terras uis flamea uolgo.
Illud in his quoq; te rebus cognoscere habemus
Corpora qum deorsum rectum per inane feruntur:
Ponderibus ꝓpriis in certo tempore firme
In certisq; locis spacio depellere paulum.
Tantum quod minimum mutatum dicere possis.

De declinatione motus

Quod nisi declinare solerent omnia deorsum:
Imbres ut guttæ caderent per inane profundum.
Nec foret offenssus natus nec plaga creata
Principiis ita nihil unq̃ natura creasset.
Quod si forte aliquis credit grauiora potesse
Corpora:quo citius rectum per inane feruntur
Incidere exupero leuioribus:atq; ita plagis
Gignere:que possit genitalis reddere motus.
Auius a uera longe ratione recedat.
Nam per aquas cadunt atq; aerea quecunque deorsum:
Hec ꝓ ponderibus casus celerare necesse est.
Propterea quia corpus aquæ naturaq; tenuis
Aeris haud possunt æque rem quamque morari.
Sed citius cedunt grauioribus exuperatae.
At contra nulli de nulla parte:neq; ullo
Tẽpore inane potest uacuũ subsistere rei.

Qum sua quod natura petit concedere pergat.
Omnia quia propter debent per inane quietum
Aeque ponderibus non æquis concita ferri.
Haud igitur potuerunt leuioribus incidere unq̃
Exupero grauiora: neq; ictus gignere per se.
Qui uarient motus per quos natura gerat res.
Quare etiam atq; etiam paulum inclinare necesse est
Corpora: nec plusq̃ minimum: ne fingere motus
Obliquos uideamur: & id res uera refutet.
Namq; hoc in promptu manifestumq; esse uidemus
Pondera quantum inest non posse obliqua meare
Exupero qum precipitant: quod cernere possis.
Sed nihil omnino recta regione uiai
Declinare quis est: qui possit cernere sese.
Deniq; si semper motus connectitur omnis
Et uetere exoritur semper nouus: ordine certo.
Ne declinando faciunt primordia motus
Principium quoddam: quod fati fœdera rumpat
Et infinito ne causam causa sequatur.
Libera per terras unde hæc animantibus extat.
Vnde est hæc inq̃ fatis auolsa uoluptas?
Per quam progredimur: quo ducit quæque uoluptas.
Declinamus item motus: nec tempore certo:
Nec regione loci certa: sed ubi ipsa tulit mens.
Nam dubio procul his rebus suauiq; uoluntas
Principium dat & hinc per membra rigantur.
Nonne uides etiam patefactis tempore puncto
Carceribus: non posse tamen prorumpere quorum
Vim cupidam tam de subito: quam mens habet ipsa.
Omnis enim totum per corpus materiai
Copia conquiri debet: concita per artus
Omnis: ut studium mentis connexa sequatur.
Vt uideas initium motus a corde creari.
Ex animiq; uoluntate id procedere primum.
Inde dari porro per totum corpus & artus.
Nec simile est ut cum impulsi procedimus ictu.
Viribus alterius magnis magnoq; coactu.
Nam tum materiem totius corporis omnem
Perspicuum est nobis inuitis ire rapiq;.
Donec causa refrenauit per membra uoluntas.
Iam ne uides igitur quãq̃ uis extrema multos

Fallat: ius uitos cogat procedere sæpe
Precipitesq; rapit: tamē esse iniector (in pectore nostro
Quoddam quod contra pugnare obstareq; possit.
Cuius ad arbitrium quoq; copia materiai
Cogitur interdum flecti per membra per artus.
Et proiecta refrenatur retroq; residet.
Quare in seminibus quoq; idem fateare necesseste
Esse aliam præter plagas & pondera causam
Motibus: unde hæc nobis inata potestas.
De nihilo quoniam fieri nihil posse uidemus.
Pondus enim prohibet ne plagis omnia fiant
Externa quasi ui: sed ne res ipsa necessum
Intestinum habeat cunctis in rebus agendis
Ec deuicta quasi cogatur ferre pati que
Id facit exiguum clinamen principiorum.
Nec regione loci certa: nec tempore cer to:
Nec stipata magis fultum quam materiai
Copia: nec porro maioribus interuallis.
Nam neq; ad augescit quicquam: nec deperit inde
Quapꝑter quo nunc in motu principiorum
Corpora sunt: in eodem anteacta ætate fuere.
Et post hec semper simili ratione ferentur.
Et que consuerint gigni: gignentur eadem
Conditione: & erunt & crescunt: uiq; ualebunt:
Quantum cuique datum est per fœdera naturai.
Nec rerum summam commutare ulla potest uis.
Nam neq; quo possit genus ullum materiai
Effugere ex omni quicquam est: neq; partis in omnes
Vnde cohorta queat noua uis irrumpere: & omnem
Naturam rerum mutare & uertere motus.
Illud in his rebus non est mirabile: quare
Omnia qum rerum primordia sint in motu
Summa tamen summa uideatur stare quiete.
Præter q̄ si quid proprio dat corpore motus
Omnis enim longe nostris absentibus infra
Primorum natura iacet: quapꝑter ubi ipsum
Cernere iam nequeas motus quoq; asurpere debent
Presertim qum que possimus cernere celent
Sæpe tamen motus spacio deducta locorum.
Nam sæpe in colli tondentes pabula læta
Lanigere reptāt pecudes quo quāq; uocātes

Immutant herbæ geminantes rore recenti.
Et saciati angni ludunt blandeq; croniscant
Omnia:que nobis longe confusa uidentur.
Et ueluti in uiridi candore consistere colli.
Præterea magne legiones cum loca cursu
Camporum complent belli simulachra cientes.
Fulgur ubi ad cælum se tullit totaq; circum (Vir.
Aere renitescit tellus:subterq; uirum ui
Excitur pedibus sonitus: clamorem quoq; montes
Icti reiectant uoces ad sydera mundi.
Et circum uolitant equites:mediosq; repente.
Tramittunt ualido quatientes impetu campos.
Et tamen est quidam locus altis montibus:unde
Stare uidetur:& in campis consistere fulgur.

De figura acomorum.

Nunc age iam deinceps cunctarum exordia rerũ:
Qualia sint:& q̃ longe distantia formis.
Percipe multigenis quam sint uariata figuræ.
Non quo multa parum simili sint prædita forma.
Sed quia non uolgo paria omnibus omnia constant.
Nec mirum.nam qum sit eorum copia tanta
Vt neq; finis uti docui:neq; summa sit ulla.
Debent nimirum non omnibus omnia prorsum
Esse pari filo simili affectu figura.
Præterea genus humanum mutæq; natantes
Squamigernm pecudes & læta arbusta feræq;
Ec uariæ uolucres lætantia que loca aquarum
Concelebrant:circum ipsas fontisq; lacusq;
Et qua peruolgant nemora auia peruolitantes.
Quorum unum quod uis generatim sumere perge
Inuenies tamen inter se distare figuris
Nec ratione alia proles cognoscere matrem.
Nec mater posset prolem:quod posse uidemus.
Nec minus atq; homines inter se uoca cluire
Nam saepe ante deum nitulus delubra decora
Turieremas ꝓpter mactatus concidit aras
Sanguinis expirans calidum de pectore flumen.
At mater uirides saltus orbata peragrans
Nam quid humi pedibus uestigia pressa bisulcis
Omnia conuisens oculis loca:siqueat usquam
Conspicere amissum fœtum:completq; quærelis

Frondiferum nemus:adsistens:& crebra remisit
Ad stabulum desiderio persixa iuuenci.
Nec tenere salices:atq; herbe rore uigentes:
Flumina que ulla queunt summis labentia ripis
Oblectare animum:subitamq; auertere curam
Nec uitulorum aliæ speties per pabula læta
Deriuare queunt animum:curamq; leuare.
Vsq; adeo quiddam ꝓprium notumq; requirit.
Præterea teneri tremulis cum uocibus hedi
Cornigeras notunt matres:agniq; petulci
Balatum pecudis:ita quod natura reposcit
Ad sua quisque feri decurrunt ubera lactis.
Postremo quod uis frumentum non tamen omne
Quidq; suo genere inter simile esse uidebis.
Quando inter currat quædam distantia formis.
Concarumq; genus parili rarione uidemus
Pingere telluris gremum:qua mollibus undis
Littoris incurui bibulam pauit æquor harenam.
Quare etiam atq; etiam simili ratione necessest
Natura quoniam constant neq; facta manu sunt
Vnius ad certam formam primordia rerum:
Dissimili inter se quædam uolitare figura:
Perfacile est animi ratione exoluere nobis.
Quare fulmineis multo penetrabilius ignis
Quam noster fluat & tædis terrestribus ortus.
Dicere eam possis cælestem fulminis ignem
Subtilem magis e paruis constare figure.
Atq; ideo transire foramina que nequit ignis
Noster e lignis ortus tædaq; creatus.
Præterea lumen per cornu transit:ac imber
Respuitur:quare? nisi luminis illa minora
Corpora sunt:q̄ de quibus est liquor alinus aquarum.
Et q̄uis subito per collum uina uidemus
Perfluere? at contra tardum conctatur oliuam.
Aut magis hamatis inter se plicates
Aut quia nimirum maioribus est clementis.
Atq; ideo fit uti non deducta repente
Inter se possint primordia singula queque
Singula per cuiusq; foramina permanare.
Huc accedit uti mellis lactisq; lipuores
Iocundo sensu lenguæ tractentur in ore.

De Abſinthio.

At contra tetra abſinti natura: ſeciꝰ
Centauri fœdo pertorquent ora ſapore.
Vt facile agnoſcis e leuibus atq; rotundis
Eſſe ea que ſenſus iocunde tangere poſſunt.
At contra que amara atq; aſpera cunque uidentur
Hec magis hamatis inter ſe nexa teneri.
Præterea que ſolere uias reſcindere noſtris
Senſibus: introituq; ſuo perrumpere corpus
Omnia poſtremo bona ſenſibus & mala tactu:
Diſſimili inter ſe pugnant perfecta figura.

De Serræ ſtridore.

Ne tu forte putes ſerræ ſtridentis acerbum
Horrorem conſtare elementis leuibus aeque
Ac muſæ mele per cordas: organicaq;
Nobilibus digitis expergefacta figurant.
Neu ſimili penetrale putes primordia forma
In nares hominum: qum terra cadauera corrent:
Et qum ſcena eroco cilici perfuſa recens eſt.
Araq; panchæos exalat ꝓpter odores.
Ne ue bonos rerum ſimili conſtare colores
Semine conſtituas: oculos qui paſcere poſſunt.
Et qui conpungiunt aciem lacrimareq; cogunt.
Aut fœda ſpetie cæli turpeſq; uidentur.
Omnis enim ſenſus que mulcet cunque uidentur
Aut ſine principali aliquo leuiore creata eſt.
Aut contra quæcunque moleſta atq; aſpera conſtat
Non aliquo ſine materie ſqualore repertaſt.
Sunt etiam que rara nec leuia iure putantur
Eſſe: neq; omnino flexis muttonibus uncaq;.
Sed magis angul ulis paulum proſtantibus aeque
Titillare magis ſenſus q̄ ledere poſſint.
Fecula iam quo de genere eſt uiniq; ſapores.
Deniq; iam calidos ignes gelidamq; pruinam
Diſſimili tentata modo copungere ſenſus
Corpore: inditio nobis eſt tactus uterque.
Tactus enim tactus proh diuum numina ſancta:
Corpore eſſe ſenſus uel qum res extera ſeſe
Inſinuat: uel qum lædit quæ in corpore nataſt.
Aut iuuat gradiens genitalis per uenere res.
Aut ex offenſſa qum turbant corpore in ipſo

Semina:confundunt inter ſe concita ſenſum.
Vt ſi forte manu quamus corpore ipſe
Tute tibi partem ferias atq; experiare
Qua ꝑpter longe formas diſtare neceſſeſt.
Principiis uarios quæ poſſint ædere ſenſus.
Deniq; que nobis durata ac ſpiſſa uidentur:
Hec magis hamatis inter ſe ſe neceſſeſt.
Et quaſi ramis alte compacta teneri.

De adamante ferro ſilice aere.

In quo iam genere in primis adamantina ſaxa
Prima acie conſtant:ictus contemnere ſueta.
Et ualidi ſilices ac dura robora ferri
Aeraq;:queque clauſtris reſtantia uoce ferantur:
Illa quidem debent ex leuibus atq; rotundis
Eſſe magis:fluuido que corpore liquida conſtant.
Namq; papaueris hauſtus itemſt facilis quod aquarum
Nec retinentur enim inter ſe glomeramina queque.
Et perculſſus item procliue uolubilis extat.
Omnia poſtremo que puncto tempore cernis
Affugere ut fumum nebulas flamaſq; neceſſeſt.
Si minus omnia ſunt eleuibus atq; rotundis.
At non eſſe tamen perplexis indupedita.
Pangere uti poſſunt corpus penetrareq; ſaxa.
Nec tamen herere inter ſe quodcunque uidemus
Senſibus eſſe datum facile ut cognoſcere poſſis
Non e perplexis:ſed acutis eſſe elementis.

De ſudore ſalſo.

Sed quod amara uides eadē que fluuida conſtāt
Sudor uti maris.eſt minime mirabile cuiquam.
Nam quod fluuidum eſt e leuibus atq; rotundis
Eſt.e leuibus atq; rotundis admixta dolore
Corpora:nec tamen hec retinere hamata neceſſum
Scilicet eſt globoſa tamen cum ſqualida conſtent
Prouolui ſimul ut poſſint & ledere ſenſus.

De aqua marina.

Et quid mixta putes magis aſpera leuibus eſſe
Principiis:unde eſt neptuni corpus acerbum:
Eſt ratio ſe cernendi ſeorſumq; uidendi.
Humor dulcis ubi per terras crebrius idem
Percolatur:ut in foueam fluat:ac manſueſcat
Nequit enim ſeparare primordia uiri

Aſpera: quo magis in terris horreſcere poſſint.

Figuras eſſe multas.

Quod quoniam docui pergã cõnectere rem quæ
Ex hoc apta fidem ducat primordia rerum
Finitas uariare figurarum rationes.
Quod ſi non ita ſit rurſum iam ſemina quedam
Eſſe infinito debebant corporum auctu.
Namq; in eadem una cuiuſuis in breuitate
Corporis inter multum uariare figurae
Non poſſunt. ſatemur minimis e partibus eſſe
Corpora prima præ tribus uel paulo pluribus auge.
Nempe ubi eas partis unius corporis omnis
Summa atq; ima locans tranſmutas: dextera leuis.
Omnimodo expertus eris: quam quiſq; det ordo
Formarum ſpetiem totius corporis eius.
Quod ſuper eſt ſi forte uales uariare figuras.
Ergo formarum nouitatem corporum augmen.
Subſequitur. quare non eſt ut credere poſſis
Eſſe infinitis diſtantia ſemina formis.
Ne quedam cogas immani maximitate
Eſſe. ſupra quod iam docui non poſſe probare.
Iam tibi barbaricæ ueſtes melibœaq; fulgens
Purpura: theſſalico concarum tecta colore.
Aurea pauonum rident imbuta pauore lepore.
Sed noua ſi rerum ſuperata colore iacerent.
Et contemptus ſuodor ſmyrnae: melliſq; ſapores
Et cygnea mele: phœbeaq; dædala chordis
Carmina conſimili ratione oppreſſa ſilerent.
Nãq; aliis aliud præſtantius exoriretur.
Cedere item retro poſſent in deteriores.
Omnia ſic partis: ut diximus in meliores
Namq; aliis aliud retroq; ut acrius eſſet
Naribus auribus atq; oculis oriſq; ſapori.
Que quoniam non ſunt in rebus reddita: cerca
Finis utrinque tenet ſummmam fateare: neceſſeſt.
Materiem quoq; infinitis differre figuris.
Deniq; ab ignibus ad gelidas hyemiſq; pruinas
Finitumſt: retroq; pari ratione remenſumſt.
Omnis enim calor ac frigus mediiq; tepores
Inter utraſque iacent explentes ordine ſummam.
Ergo finita diſtant ratione creata

Aucipiti quoniam mucroni utrinque notantur.
Hinc flamis:illinc rigidis infensa pruinis.

In terra semina esse.

Quod quoniã docui pergã connectere rem quæ
Ex hoc apta fidem ducit:primordia rerum
Inter se simili quae sunt perfecta figura
Infinita eluere enim distantia qum sit
Formarum finita:necesse est quæ similes sint
Esse infinitas:aut summam materiai
Finitam constare id quod non esse probam
Versibus ostendam corpuscula materiai
Ex infinito summam rerum usq; tenere.
Vndiq; procelo plagarum continuato.
Nam quod rara uides magis esse animalia quedam.
Fœcundamq; magis naturam cernis in illis
Multa licet genera esse in eo:numerumq; repleri
Sicuti quadripedum:cum primis esse uidemus
In genere angui manus elephantos:india:quorum
Melibus e multis uallo munitur eburno
Vt pænitus nequeat penetrari tanta ferarum
Vis est:quarum nos per pauca exempla uidemus.
Sed temen id quoq; uti concedam quam libet esto
Vnica res quædam natiuo corpore sola.
Cui similis toto terrarum non sit in orbe.
Infinita tamen nisi erit uis materiai
Vnde ea progigni possit concepta creari
Non poterit:neq; quod super est procrescere aliq;.
Quippe & enim sumant oculi finita per omne
Corpora iactari unius genitalia rei
Vnde:ubi:qua ui:& quo pacto congressa coibunt.
Materiae tanto in pelago turbaq; aliena?
Non ut opinor habent rationem conciliandi.
Sed quasi naufragiis magnis multisq; cohortis
Disiectare solet magnum mare:transtra carinas
Antemnas:proram malos:consasq; natantis:
Per terrarum omnis oras fluitantia plaustra
Vt uideantur & inditium mortalibus ædant
Insidi maris insidias:uiresq; dolumq;
Vt uitare uelint:ne ue ullo tempore ctedant
Subdola qum ridet placidi pellacia ponti
Sic tibi si finita semel primordia quedam

Constitues: aeuum debebunt sparsa per omnem
Disiectare æstus diuersi materiai
Nunq̃ in concilium ut possint compulsa coire.
Nec remorari in concilio: nec crescere adaucta.
Quorum utrumque palam fieri manifesta docet res.
Et res progigni & genitas procrescere posse.
Esse igitur genere: in quo uis primordia rerum
Infinita palam est: unde omnia suppeditantur.
Nec superare queunt motus itaq; exitiales
Perpetuo: neq; in æternum sepelire salutem.
Nec porro rerum genitales auctificiq;
Motus perpetuo possunt seruare creata.
Sic equo geritur certamine principiorum
Ex infinito contractum tempore bellum
Nunc hic nunc illic superant rictalia rerum.
Et superantur item. miscetur funere uigor
Quem pueri tollunt uisentes luminis oras.
Nec nox ulla diem: neq; noctem aurora secuta est:
Quare non audierit mixtos uagitibus egris
Ploratus: mortis comites & funeris atri.
Illud in his obsignatum quoq; rebus habere
Conuenit. & memori mandatum mente tenere
Nihil esse in promptu quorum natura uidetur.
Quod genere ex uno consistat principiorum.
Nec quicquam quod non permixto semine constet.
Et quæcunque magis uis multas possidet in se.
Atq; potestates ita plurima principiorum
In se se genera ac uarias docet esse figuras.

In terra semina insunt.

Principio tellus habet in se corpora prima.
Vnde mare immensum uoluentes frigora fontes
Assidue remouent: habet ignes unde oriantur.
Nam multis succensa locis ardent sola terræ.
Eximis uero furit ignibus impetus æthnæ.
Tum porro nitidas fruges arbustaq; læta
Gentibus humanis habet unde extollere possit.
Vnde etiam fluuios: frondes: & pabula læta
Montiuago generi possit prebere ferarum.

De matre magna.

Quare magna deum mater: materq; ferarum
Et nostri genitrix hæc dicta est corporis una.

Hanc ueteres graium docti cecinere poetæ
Sedibus in curru biiugos agitare leones.
Aeris in spatio magnam pendere docentes
Tellurem:neq; posse in cerra sistere terram.
Adiunxere feras: quod quis effera proles
Officiis debet molliri uicta parentum.
Muraliq; caput summum cinxere corona.
Eximis munita locis quod sustinet urbes.
Quo nunc insigni per magnas predita:terras
Horrifice fertur diuine matres imago.
Hanc uarie gentes antiquo more sacrorum
Ideam uocitant matrem:phrygiasq; cateruas
Dant comites:quia primum ex illis finibns edunt
Per terrarum orbes fruges cœpisse creari.
Gallos attribunt:quia numen qui uiolarint
Matris & ingrati genitoribus inuenti sunt
Significare uolunt indignos esse putandos
Viuam progeniem qui in oras luminis edant.
Tympana tenta:tonant palmis: & cimbala circum
Concaua:rauci sonoq; minantur cornua cantu.
Et phrygio stimulat numero cana tibia mentis
Telaq; preportant uiolenti signa furoris
Ingratos animos atq; impia pectora uolgi
Conterrere metu que possint numine diuæ.
Ergo qum primum magnas inuecta per urbes
Munificat tacita mortalis muta salute:
Aere atq; argento sternunt iter:omnia mirum
Largifica stipe ditantes:uinguntq; rosarum
Floribus imbrantes matrem comitumq; caterua.
Hic armata manus curetas nomine græci
Quos memorant phrygios inter se forte cateruas
Ludunt:in numerumq; exultant sanguine freti.
Terrificas capitum quatientes numine cristas.
Dicteos referunt curetas qui Iouis illum
Vagitum in creta quondam occultasse feruntur.
Qum pueri circum puerum pernice chorea
Armati in numerum starent pnice chorea
Armati in numerum pulsarent aeribus aera.
Ne saturnus eum malis mandaret adeptus.
Aeternumq; daret matri sub pectore uulnus.
Propterea magnam armati matrem comitantur.

Aut quia significant diuam predicere: ut armis
Ac uirtute uelint patriam defendere terram.
Presidioq; parent decoriq; parentibus esse.
Que bene & exinie q̄uis disposta ferantur.
Longe sunt tamen a uera ratione repulsa.
To macarion kai aphparton.
Omnis enim per se diuum natura necessest
Immortali æuo suma cum pace fruatur.
Semota a nostris rebus seiunctaq; longe
Nam priuata dolore omni priuata periclis
Ipsa suis pollens opibus nihil indiga nostri
Nec bene pro meritis capitur neq; tangitur ira.
Terra quidem uero caret omni tempore sensu.
Et quia multarum potitur primordia rerum
Multa modis multis effert in lumina solis.
Hic si quis mare neptunum cereremq; uocare
Constitues fruges & bacchi numine abuti.
Ma uult q̄ laticis ꝓprium ꝓferre uocamen.
Concedamus ut hic terrarum dictitet orbem
Esse deum matrem: dum uera re tamen ipse.
Sæpe itaq; ex uno tondentes gramina campo
Lanigere pecudes & equorum duellica proles
Bucceriæ greges: eodem sub tegmine cæli
Ex unoq; sitim sedantes flumine aquai.
Dissimili uiuunt spetie retinente parente
Naturam & mores generatim queque mutantur.
Tanta est in quouis genere herbæ materiai:
Dissimilis ratio: tanta est in flumine quoq;.
Hinc porro quemuis animantem ex omnibus una
Ossa cruor ueniæ calor humor uiscera nerui
Constituunt: que sunt porro distantia longe
Dissimili perfecta figura principiorum.
Tum porro quecunque igni flamata cremantur.
Simul preterea tamen hec in corpore tradunt.
Vnde ignem iacere & lumen submittere possint.
Scintillasq; agere ag late differre fauillam.
Cætera consimili mentis ratione peragrans.
Inuenies igitur multarum semina rerum
Corpora cælare: & uarias cohibere figuras.
Deniq; multa uides quibus & color & sapor una
Relgione animum turpi contingere parto.

Reddita sunt cum dolore in primis pleraq; dona.
Hec igitur uariis debent constare figuris.
Nidor enim penetrat qua sucus non it in artus.
Sucus item sursum qua sapor insinuatur.
Sensibus ut noscas primis differre figuris.
Dissimiles igitur formæ glomeramen in unum
Conueniunt: & res permixto semine constant.
Q uando etiam passim nostris in uersibus ipsis
Multa elementa uides multis communia uerbis.
Q um tamen inter se uersus ac uerba necessest
Confiteare alia ex aliis constare elementis.
Nam quo multa parum communis littera curat.
Aut nulla inter se duo sint ex omnibus idem.
Sed quia non uolgo paria omnibus omnia constant.
Sic aliis in rebus item communia multa
Multarum rerum qum sint primordia rerum
Dissimili tamen inter se consistere summa
Possunt: ut merito ex aliis constare ferantur.
Humanum genus & fruges arbustaq; læta.
Nec tamen omnimodis connecta posse putandumst.
Omnia nam uolgo fieri portenta uideres.
Semiferas hominum speties existere: & altos
Interdum ramos e gigni corpore uiuo.
Multaq; connecta terrestria membra marinis.
Tum flamam tetro spirantis ore chimeras
pascere naturam per terras omni parentis.
Q uorum nihil fieri manifestumst: omnia quando
Seminibus certis certa genitrice creata
Conseruare genus crescentia posse uidemus:
Scilicet id certa fieri ratione necessest.
Nam sua cuiq; cibis ex omnibus intus in artus
Corpora discedunt: connexaq; conuenientis
Efficiunt motus: ac contra aliena uidemus
Reiicere in terras naturam: multaq; cæcis
Corporibus fugiunt e corpore percita plagis.
Q ue neq; connecti quo q̄ potuere: neq; intra
Vitalis motus consentire atq; imitari.
Sed ne forte putes animalia sola teneri
Legibus his: qædam ratio disterminat omnis.
Nam ueluti tota natura dissimiles sunt
Inter se genitæ res quæque: ita cumq; necessest

Diſſimili conſtare figura principiorum.
Non quo multa parum ſimili ſint prædita forma.
Sed quod non uolgo paria omnibus omnia conſtent.
Semina tum porro diſtent differre neceſſeſt.
Interualla: uias: connexus: pondera: plagas.
Concurſus: motuſq; non animalia ſolum
Corpore ſe iungunt. ſed terras ac mare totum
Secernunt: cælumq; a terris omne retentant.

Non neceſſario alba ex albis principiis fieri

Nunc age dicta meo dulci que ſita labore
Percipe: ne forte hec alba ex albis rearis
Principiis eſſe: ante oculos que candida cernis.
Aut ea que nigrant nigro de ſemine nata.
Ne ue alium quem uis: que ſunt imbuta colo rem.
Propterea gerere hunc credas quod materiai
Corpora conſimili ſint eius tincta colore.
Nullus enim color eſt omnino materiai
Corporibus neq; par rebus: neq; deniq; diſpar
In que corpora ſi nullus tibi forte uidetur
Poſſe animi iniectus fieri procul auius erras.
Nam qum cecigem ſolis qui numina nunq̃
Deſpexere: tamen cognoſcant copora tactu
Exineunte æuo nullo coniuncta colore.
Scire licet noſtræ quoq; menti corpora poſſe
Verti in notitiam nullo circum lita fuco.
Deniq; nos ipſi cæcis quecunque tenebris
Tangimus haud ullo ſentimus tincta colore.
Q uod quoniam uinco fieri: nunc eſſe docebo.
Omnis enim color omnino mutatur & omnis.
Q uod facere haud ullo debent primordia pacto.
Immutabile enim quoddam ſuperare neceſſeſt:
Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.
Nam quodcunque ſuis mutatum finibus exit
Continuo hoc mors eſt illius quod fuit ante.

Colores non eſſe

Proinde colore caue contingas ſemina rerum
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.
Præterea ſi nulla coloris principia eſt
Reddita natura. & uariis ſunt prædita formis.
E quibus omnigenos gignunt uariantq; colores.
Præterea magni quod refert ſemina queque

Cum quibus & qualibus positura contineatur.
Et quos inter se dent motus accipiantq;.
Perfacile exemplo rationem reddere possis.
Cur ea que nigro fuerint paulo ante colore
Marmorea fieri possunt candore repente.
Vt mare quom magni commoruant æquora uenti
Vertitur in canos candente marmore fluctus
Dicere enim possis nigrum quod sæpe uidemus
Materies ubi permixta est ullius & ordo
Principio mutatus: & addita demptaq; quedam.
Continuo id fieri ut cadens uideatur & album.
Q uod si ceruleis constarent æquora ponti
Seminibus: nullo possent albescere pacto.
Nam quocunq; modo perturbes cærula que sint:
Nunq̄ in marmoreum possunt migrare colorem.
Sin alio atq; alio sint semina tincta colore
Q ue maris efficiunt unum purumq; nitorem.
Vt sæpe ex aliis formis uariisq; figuris
Efficitur quoddam quadratum unaq; figura
Conueniebat uti in quadrato cernimus esse
Dissimiles formas ita cernere in æquore ponti.
Aut alio in quo uis uno puroq; nitore
Dissimiles longe inter se uariosq; colores.
Præterea nihil officiunt obstantq; figuræ
Dissimiles quod quadratum minus esse sit extra.
At uarii rerum impediunt prohibentq; colores
Q uo minus esse uno possit res tota nitore.
Tum porro quæ ducit inlicitu tribuamus.
Principiis rerum non nunq̄ causa coloris
Occidit: ex albis quoniam non alba creantur
Neq; nigra eluent de nigris. sed uariis ea
Q uippe & enim multo procliuius exorientur
Condida de nullo quam nigro nata colore.
Aut alio quo uis qui contra pugnet & obstet.
Præterea quoniam nequeunt sine luce colores
Esse: neq; in lucem existunt primordia rerum.
Scire licet q̄ sint nullo uelata colore.
Q ualis enim cæcis poterit color esse tenebris?
Lumine qui in ipso mutatur: propterea quod
Recta aut obliqua percussis luce refulget.

De colore columbarum.

Pluma columbarum quo pacto in sole uidetur
Quæ sita ceruices circum collumq; coronat.
Namq; alia fit uti claro sit rubra pyropo.
Interdum quodam sensu fit: uti uideatur
Inter ceruleum uirgis miscere smaragdos.

De cauda pauonis

Caudaq; pauonis larga cum luce repleta est.
Consimili mutat ratione obuersa colores.
Que quoniam quodam gignuntur luminis ictu
Scire licet sine eo fieri non posse putandum.
Et quoniam plage quoddam genus excipit in se
Pupula: qum sentire colorem dicitur album.
Atq; aliud porro: nigrum qum & cætera sentit.
Nec refert ea que tangit quo forte colore.
Prædita sunt: uerum quali magis apta figura
Scire licet nihil principiis opus esse colore.
Sed uariis formis uariantes edere tactus.
Præterea quoniam non certis certa figuris
Est natura coloris. & omnia principiorum
Formamenta queunt in quo uis esse nitore.
Cur ea que constant ex illis non pariter sunt
Omnigenis perfusa coloribus in genene omni?
Conueniebat enim coruos quoq; sæpe uolantes
Ex albis album pinnis iactare colorem.
Et nigros fieri nigro de semine cygnos.
Aut alio quo uis uno uarioq; colore.
Quin etiam quanto in partes res quæque minutas
Distrahitur magis hoc magis est ut cernere possis
Euanescere paulatim stinguiq; colorem.
Vt fit ubi in paruas partes discerpitur aurum.
Purpura pœnitensq; color clarissimus multo.
Filatim qum distractum est dispenditur omnis.
Noscere ut hinc possis prius omnem efflare colorem
Particulas: quam descendunt ad semina rerum.
Postremo quoniam non omnia corpora uocem
Mittere concedas: neq; odorem. propterea fit
Vt non omnibus adtribuas sonitus & odores.
Sic oculis: quoniam non omnia cernere quimus.
Scire licet quedam tam constare orba colore:
Quam sine odore ullo quedam sonituq; remota.
Nec minus hec animum cognoscere posse sagacem

Q uam que sunt aliis rebus priuata nota que.
Sed ut forte putes solo spoliata colore
Corpora prima manere. etiam secreta teporis
Sunt ac frigoris omnino calidiq; uapores
Et sonitu sterila & suco: & una feruntur.
Nec iaciunt ullum proprium de corpore odorem
Sicut amaracini blandumq; stactæq; liquorem
Et nardi florem nectar qui naribus alat
Cum facere instituas cum primis quærere par est
Q uod licet possis reperire in olentis oliui
Naturam nullam: quæ mittat naribus auram.
Q uam minime ut possit mixtos in corpore odores
Concoctosq; suo contractus perdere uiro.
Propterea eundem debent primordia rerum
Non adhibere suum gignendis rebus odorem.
Nec sonitum quoniam nihil ab se mittere possunt
Nec simili ratione saporem deniq; quenquam
Nec frigus neq; item calidum tepidumq; uaporem.
Cætera quecunq; ita sunt tamen ut mortalia constent
Mollia: lenta fragrosa putricaua corpore raro
Omnia sint a principiis seiuncta necesse est.
Immortalia si uolumus subiungere rebus
Fundamenta: quibus nitatur summa salutis.
Ne tibi res reddeant ad nihilum funditus omnes.

De insensibili sensibile gigni

Nunc ea que sentire uidemus cunque necesse est
Ex insensibilibus tamen omnia confiteare
Principiis constare: neq; id manifesta reputant
Nec contra pugnant improptu cognita que sunt.
Sed magis ipsa manu ducunt & credere cogunt:
Ex insensibilibus quod dico animalia gigni.
Q uippe uidere licet uiuos existere uermes
Stercore de tetro: putorem qum sibi nata est
In tempestiuis ex imbribus humida tellus.
Præterea cunctas in idem res uertere se se
Vertunt se fluuii in frondes: & pabula læta
In pecudes uertunt: pecudes in corpora nostra.
Naturam & nostro de corpore sæpe ferarum
Augescunt uires in corpore pennipotentum.
Ergo omnes natura cibos in corpora uiua
Verticet. hinc sensus animatum procreat omnes.

Non alia longe ratione: atq; arida ligna
Explicat in flammas: & ignis omnia uersat.
Iam ne uides igitur magni primordia rerum
Referri in quali sint ordine queque locata:
Et commixta: quibus dent motus accipiantq;.
Tum porro quid id est animum quod percutit ipsum
Quod mouet & uarios sensus expromere cogit
Ex insensibilibus ne credas sensibile gigni.
Nimirum lapides & ligna & terra quod una
Mixta. tamen nequeunt uitalem reddere sensum.
Illud in his igitur fœdus meminisse decebit.
Non ex omnibus omnino quecunque creant res:
Sensibile templo me gigni dicere sensus
Sed magni referre ea primum quantula constent
Sensibile que faciunt & qua sint predita forma
Motibus: ordinibus: posituris: deniq; que sint
Quarum nihil rerum in lignis glebisq; uidemus.
Et tamen hec qum sint quasi putrefacta per imbres
Vermiculos pariunt: quia corpora materiai
Antiquis ex ordinibus permota nouare
Conciliantur: ita ut debent animalia gigni.
Deinde ex sensibilibus qui sensibile posse creari
Constituunt. porro ex aliis sentire sueci
Mollia qum faciunt nam sensus iungitur omnis
Visceribus: neruis: uenis: quecunque uidemus
Mollia mortali consistere corpore creta.
Sed tamen esto iam posse hec æterna manere
Nempe tamen debent aut sensum partis habere.
Aut similis totis animalibus esse putari.
Aut nequeant per se partes sentire necessest.
Namq; alios sensus membrorum respuit omnis.
Nec manus a nobis potis est secreta: neq; ulla
Corporum omnino sensum pars sola tenere.
Linquitur ut totis animalibus assimulentur
Vituli ut possint consentire undiq; sensu
Qui poterunt igitur rerum primordia dici
Ec læti uitare uias: animalia qum sint.
Atq; animalibus mortalibus una eademq;.
Quid tamen ut possint ab eo retu (coitu) concilioq;
Nihil facient preter uolgum turbamq; animatum.
Scilicet ut nequeant homines armenta feræq;

Inter se se ullam rem gignere conueniendo.
Sic itidem que sentimus sentire necesse est.
Quod si forte suum demittunt corpore sensum
Atq; alium capiunt quid opus fuit attribui quod
Detrahitur: dum præterea quod fugimus ante
Quattenus in pullos animalis uertier oua
Cernimus alituum uermisq; efferuere terram
In tempestiuus quem putor cepit ob imbris.
Scire licet gigni posse ex non sensibilibus sensus.
Quod si forte aliquis dicet dumtaxat oriri
Posse ea non sensu sensus mutabilitate.
Aut aliquo tanq̄ partum quod proditum extra.
Huic satis illud erit planum facere atq; probare
Non fieri partum: nec concilio ante coacto.
Nec quicquam commutari sine conciliatu.
Principio nequeunt ullius corporis esse
Sensum ante læsam genitam naturam animantum.
Nimirum quia materies disiecta tenetur
Aere fluminibus terris terraq; creatis.
Nec congressa modo uitalis conuenientes
Contulit inter se motus: quibus omne tuentes
Accensi sensus animantum quanq; tuentur.
Præterea q̄uis animantem grandior ictus:
Quam patitur natura repente afligit & omnis
Corporis atq; animi pergit confundere sensus.
Dissoluuntur enim positura principiorum.
Et penitus motus uitales impediuntur.
Donec materies omnis concussa per artus
Vitalis animæ nodoso corpore soluit.
Dispersamq; foras per cauas eiicit omnis.
Nam quid præterea facere ictum posse reamur
Oblatum: nisi discutere ac dissoluere queque?
Fit quoq; uti soleant minus oblato acriter ictu
Relique motus uitales uincere sæpe
Vincere: & ingentis plage sedare tumultus.
Inq; suos quicquam rursus reuocare meatus.
Et quasi iam læti dominantem in corpore motum
Discutere: ac pene amissos accendere sensus.
Nam quare potius læti iam lumine ab ipso
Ad uitam possint coniecta mente reuerti
Quā quo discursum ꝓpe iā si & ire & abire.

Præterea quoniam dolor eſt ubi materiai
Corpora ui quadam per uiſcera uiua per artus
Solicitata ſuis trepidant in ſedibus intus.
Inq; locum quando remigrat fit blanda uoluptas.
Scire licet nullo primordia poſſe dolore
Tentari. nullamq; uoluptatem capere ex ſe
Quando quidem non ſunt ex ullis principiorum
Corporibus: quorum motus nouitate laborent.
Aut aliquem fructum capiant dulcedinis almæ.
Aut igitur debent ulla prædita ſenſu.
Deniq; uti poſſunt ſentire animalia queque
Principiis ſi iam eſt ſenſus tribuendus eorum
Quid genus humanum proprium de quibus auctumſt
Scilicet & riſu tremulo concuſſa cachinnant.
Et lacrimis ſpargunt rorantibus ora genaſq;.
Multaq; de rerum mixtura dicere callent.
Et ſibi propono que ſint primordia quærunt.
Quando quidem totis mortalibus aſſimulata
Ipſa quoq; ex aliis debent conſtare elementis.
Inde alia ex aliis nuſq̄ conſiſtere: ut auſis.
Quippe ſequar quodcunq; loqui ridereq; d eces (diſces
Et ſapere ex aliis eadem hec facientibus ut fit.
Quod ſi dedita hec furioſaq; cernimus eſſe.
Et ridere poteſt non ex ridentibus auctus.
Et ſapere & doctis rationem reddere doctis.
Non ex ſeminibus ſapientibus atq; deſertis.
Qui minus eſſe queant ea que ſentire uidemus
Seminibus permixta carentibus undiq; ſenſu?
Deniq; cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi.
Omnibus ille idem pater eſt: unde alma liquentis
Humorum guttas mater cum terra recepit
Fœta parit nitidas fruges arbuſtaq; læta.
Et genus humanum parit omnia ſecla ferarum.
Pabula cum prebet quibus omnes corpora paſcunt
Et dulcem ducent uitam prolemq; propagant
Qua propter merito maternum nomen adepta eſt.
Cedit item retro de terra quod fuit ante
In terras. & quod miſſuſt ex ætheris oris
Id rurſum cæli relatum templa receptant.
Nec ſic interemit mors ut res materiai.
Corpora conficiat. ſed coctum diſſipat ollis?

Inde aliis aliud coniungit & efficit omnes
Res. ita conuertant formas mutantq; colores
Et capiant sensus & puncto tempore reddant.
Vt noscas referre earum primordia rerum.
Cum quibus & quali positura contineantur.
Et quos inter se dent motus accipiantq;.
Neue putas æterna penes residere potesse
Corpora prima: quod in summis fluitare uidemus
Rebus: & interdum subito nasci subitoq; perire.
Q uando etiam refert nostris in uersibus ipsis
Cum quibus & quali sint ordine queque locata.
Namq; eadem cælum mare terras flumina solem
Significant. eadem fruges: arbusta: animantis
Si non omnia sint at mulro maxima pars est
Consimilis uerum: positura discrepitant res.
Sic ipsis in rebus ita iam materiei
Interualla: uias connexus: pondera: plagas:
Concursus: motus: ordo: positura: figuræ
Cum permutantur: mutari res quoq; debent.
Nunc animum nobis adhibe ueram ad rationem.
Nam tibi uehementes noua res molitur ad aures
Accedere. & noua se speties ostēdere rerum.
Sed neq; tam facilis res ulla est: quando ea primum
Difficilis magis ad credendum crescet. itemq;
Nihil adeo magnum neq; tam mirabile quicquam
Q uod non paulatim minuant minarier omnes.
Principio cæli clarum purumq; colorem
Q uenque in se cohibent pallantia sydera passim
Lunamq; & solis præclara luce nitorem
Omnia que nunc si primum mortalibus essent.
Ex improuiso si sint obiecta repente.
Q uid magis his rebus poterat mirabile dici?
Aut minus ante quo clauderent fore credere gentes?
Nil ut opinor ita hæc speties miranda fuisset.
Q uam tibi iam nemo fessis sociate uidendi
Suspicere in cæli: dignatur lucida templa.
Desine quapropter nouitate excerritus ipsa
Ex puere ex animo rationem. sed magis acri
Iudicio perpende. & si tibi uera uidentur
Dede manus. aut si falsum est accingere contra.
Q uærit enim rationem animus cum summa loci sit

Infinita foris. hec extra mœnia mundi.
Quid si ubi porro quo prospicere usq; uelit mens
Atq; animi tactus libero quo uelit ipse.

Omne infinitum in omnes partes.

Principio nobis in cunctas undiq; partes
Et latere ex utroque superq; per omne
Nulla est finis uti docui. res ipsa per se
Vociferatur: & elucet natura profundi.
Nullo iam pacto uerisimile esse putandumst.
Vndeq; qum uorsum spatium uacet infinitum
Seminaq; in numero numero summaq; profunda
Multimodis uolitant æterno percita motu.
Hunc unum terrarum orbem cælumq; creatum
Nil agere illa foris tot corpora materiai.

Cum præsertim hic sit natura factus & ipsa
Sponte sua forte offensando semina rerum
Multimodis tenere incassum frustraq; iacta
Tandem coartant ea que coniecta repente
Magnarum rerum fierent ex ordine semper
Terra maris & cæli generisq; animantum.
Quare etiam atq; etiam talis fateare necessest
Esse alios alibi congressus materiai.
Qualis hic est auido complexu cum tenet æther.
Præterea qum materies est multa parata
Cum locus est presto: nec res nec causa moratur
Vlla: geri debent nimirum & confieri res.
Nunc & seminibus si tanta est copia: quantam
Enumerare ætas animantum non queat omnis.
Vis eadem natura mouet que semina rerum
Coniicere in loca que queat simili ratione.
Atq; huc finit coniecta: necesse est confiteare
Esse alios aliis terrarum in partibus orbis.
Et uarias hominum gentes & secla ferarum. (Fœda
Huc accedit ut in summa res nulla sit una
Vnica que gignantur: & unica sola quæ crescat.
Quando cuius si & secli per multaq; eodem
Sint genere in primis animalibus: indice mente
Inuenisse: sic montiuagum genus esse ferarum.
Sic hominum geminam prolem: sic deniq; mutas
Squamigerum: pecudes: & corpora cuncta uolantum

Q ua propter cælum simili ratione fatendum est
Terramq; & solem lunam mare cætera que sunt
Non esse unica: sed numero magis in numerali
Q uando quidem uitæ depactus ter manus alte
Tam manet. hec etiam natiuo corpore constant.
Q uã genus omne quod his generat in rebus abundans
Q uæ bene cognita sit eneas natura modetur
Libea continuo dominis priuata superbis.
Ipsa se sponte omnia disagere expers.
Nam proh sancta deum tranquilla pectora pace.
Q ue placido degunt aeuo multamq; serenam
Q uis regere immensi summam quis habere profundi
Indu manu ualidas potis est moderantur habenas?
Q uis pariter cælos omnis conuerteret: omnes
Ignibus æthereis terras suffice feracis.
Omnibus in ue locis esse omni tempore presto.
Nubibus ut tenebras faciat cæliq; serena
Concuciat sonitu cum fulmina mittat & ædis
Sæpe suas disturbet: & in deserta decedens
Seuiat exercens telum quo sæpe nocentes
Præterit examinatq; indignos inq; merentes.

Mũdũ natũ & multos similis.

Multaq; post mundi tempus genitale: diemq;
Primigenum maris & terræ solisq; cohetum.
Addita corpora sunt extrinsecus: addita circum
Semina que magnum iaculando cotulit omne.
Vnde mare & terræ possent augescere. & unde
Apparet spatium cæli domus: altaq; tecta
Tolleret a terris procul: & consurgeret aer.
Nam sua cuiq; locis ex omnibus omnia plagis.
Corpora distribuuntur: & ad sua secla recedunt.
Humor ad humorem: terreno corpore terra
Crescit. & ignem ignes procudunt: æthera æther.
Deniq; ad extremum crescendi perfice finem.
Omnia perduxit rerum natura creatrix.
Vt fit ubi nihilo iam plus est quod datur intra
Vitales uenas quam quod fluit atq; recedit.
Omnibus his ætas debet consistere rebus.
Hic natura suis refrenat uiribus auctam.
Nam quecunque uides hilari grandescere ad auctum
Paulatimq; gradus ætatis scandere adulcæ

Plura sibi adsummunt: q̄ de se corpora mittunt.
Dum facile in uenas cibus omnis inditur. & dum
Non ita sunt latae dispersa & multa remittant.
Et plus dispendi faciant: q̄ uestitur ætas.
Nam certe fluere atq; recedere corpora rebus
Multa minus dandum est: sed plura accedere debent.
Donec alescendi summum tetigere cacumen
Inde minutatim uires & robur adultum
Frangit: & in partem peiorem liquitur ætas.
Q uippe & enim quāto est res amplius augmine adēpto
Et quo latior est in cunctas undeq; partes.
Plura modo dispergit ætas: & corpora mittit.
Nec facile in uenas cibus omnis deditur ei.
Nec satis est pre quam largos exæstuat æstus
Vnde queant tantu sub oriri ac sub peditare.
Iure igitur pereunt cum rarefacta fluendo
Sunt: & cum externis subcumbunt omnia plagis.
Q uando quidem grandi cibus æuo deniq; defit.
Nec tuditantia rem cessant extrinsecus ullam
Corpora conficere: & plagis infesta domare.
Iam seuem mundum & omnia pusilla nasci.
Sic igitur magni quoq; circum mœnia mundi
Expugnata dabunt labem p trisq; ruinas
Omnia. debet enim cibus integra renouando
Et fulcire cibus: & omnia sustentare.
Nec quicquam quoniam nec uene perpeciuntur
Q uod satis est neq; quantū opus est natura ministrat.
Iamq; adeo fracta est ætas effetaq; tellus.
Vix animalia parua creat que cuncta creauit
Sæcla. deditq; ferarum ingentia corpora partu.
Haud ut opinor immortalia sæcla supernæ
Aurea de cælo dimisit funis in arua.
Nec mare nec fluctus plangentis saxa crearunt.
Sed genuit tellus eadem que nunc alit ex se.
Præterea nitidas fruges uinctaq; læta.
Sponte sua primum motalibus ipsa creauit.
Ipsa dedit dulces fœtus & pabula læta.
Q ue nunc uix nostro grandescunt aucta labore.
Conterimusq; boues & uiribus agricolarum
Conficimus feris uix arius suppeditati.
Vsq; adeo pareunt fœtus augentq; labore.

Iamq; caput quaſſans grandes ſuſpirat arator
Crebrius in caſſum magnum cecidiſſe laborem
Et cum tempore temporibus præſentia confert
Preteitis: laudat fortunas ſæpe parentis.
Triſtis item uitilæ uiti ſator atq; fatigat.
Et crepat antquum genus ut pietate repletum
Perfacile anguſtis coleraret finibus æuum
Q um minor eſſet agri molti modos ante uiritim
Nec tenet omnia paulatim tabeſcere & ire
Ad ſcopulum ſpatio ætatis defeſſa uetuſto.

Capitula præcedentis libri ſecundi

T. Lucreti Cari. de rerum natura liber ſecundus explicit.
Incipit eiuſdem poetæ de rerum natura liber tertius.

E tenebris tantis tam clarum excollere lumen
Q ui primus poſuiſti in luſtrans cōmoda uitæ
Te ſequor o graiæ gentis decus: in q; tuis nunc
Ficta pedum pono præſſis ueſtigia ſignis.
Non ita certandi cupidus: que propter amorem
Q uod te inuitare habeo. quid enim cōtēdat itū herendo
Cygnus aut quid nam tremulis facere artubus hed
Conſimile in curſu poſſint & fortis equi uis?
Tu pater es rerum inuentor: tu patria nobis
Sub peditus præcepta: tuiſq; ex in clute chartis
Floreferis ut apes in ſaltibus omnia limant.

Omnia nos itidem depascimur aurea dicta
Aurea perpetua semper dignissima uita.
Nam simul ac ratio tua repit uociferari
Naturam rerum diuina mente coortam
Diffugiunt animi terrores: mœnia mundi
Discedunt: totum uideo per inane geri res.
Apparet diuum numen sedesq; quietæ
Quas neq; concutiunt uenti: nec nubila nymbis
Aspergunt: neq; nix aeri concreta pruina
Cana cadens uiolat semper in nubibus æther
Integer & large diffuso lumine ridit
Omnia subpeditat porro natura: neq; ulla
Res animi pacem delibat tempore in illo.
At contra nusq̃ apparent acherusia templa.
Nec tellus obstat quando omnia despiciantur
Sub pedibus: quecunque infra per inane geruntur.
His ubi me rebus quædam diuina uoluptas
Percipit: at error quod signatur a tua ui.
Tam manifesta patens ex omni parte recta est.
Et quom docui cunctorum exordia rerum
Qualia sint & q̃ uariis distantia formis
Sponte sua uolitent alterno partita motu
Quo ue modo possint res ex his quæque creari.
Hasce secundum res: animi natura
Atq; animæ claranda meis iam uersibus esse.
Et metus ille foras præceps acheruntis agendus.
Funditus humanam qui uitam turbat ab imo.
Omnia suffundans mortis uigore: ne ullam
Esse uoluptatem liquidam puramq; reliquit.

Homines mortem maxime timere

Nãq; sæpe homines morbos magis esse timendos
Infaméq; ferunt uitam: quam tartara læci
Et se scire animi naturam sanguinis esse.
Nec prorsum quicquam nostræ rationis egere
Hinc licet aduertas animum: magis omnia laudis
Aut etiam uenti si fert ita forte uoluntas
Iactari causam: quam quod res ipsa probetur.
Ex corres idem patria: longeq; fugaci
Conspectu ex hominum fœdati crimine turpi
Omnibus erumnis affecti deniq; uiuunt.
Et quocunq; tamen miseri uenere: parentant

Et nigras mactant pecudes: manibusq; diuisq;
Inferias mittunt multoq; in rebus acerbis
Acrius aduertunt animos ad religionem.
Quo magis in dubiis homines spectare periclis
Conuenit: aduersisq; in rebus noscere quid sit.
Nam uere uoces tum demum pectore ab imo
Eliciuntur: & eripitur persona manare.
Deniq; auarities & honorum cæca cupido
Que miseros homines cogunt transcendere fines
Iuris: & interdum socios sterilis atq; ministros
Noctes atq; dies niti prestante labore
Ad summas emergere opes hec uulnera uitæ
Non minimam partem mortis formidine aluntur.
Turpis enim formæ contemptus & acris ægestas
Semota ab dulci uita stabiliq; uidetur.
Et quasi læti portas cunctarier ante.
Vnde homines dum se falso terrore coacti
Effugisse uolunt longe: longeq; remote
Sanguine ciuili rem conflant diuitiasq;
Conduplicant auidi: cædem cæde aceumulantes.
Crudeles gaudent in tristi funere fratres.
Et consanguineum ineusas oderey: timentq;
Consimili ratione: ab eodem sæpe timore.
Macerat inuidia ante oculos illum esse potentem
Illum aspectari: claro qui incedit honore.
Ipsi se in tenebris uolui cænoq; queruntur.
Intereunt partim statim & nominis ergo
Et sæpe usq; adeo mortisformidine uitæ
Percipit humanos odium lucisq; uidendæ.
Vt sibi conciscant morienti pectore lætum:
Obliti fontem curarum habent esse timorem.
Habent uexare pudorem habent naricula amicitiai
Rumpere: & in summa pietate euertere suadet.
Nam iam sæpe homines patriam carosq; parentes
Prodiderunt uitare acherusia templa petentes.
Nam ueluti pueri trepidant: atq; omnia cæcis
In tenebris metunt: sic nos in luce timemus
Interdum nihilo que sunt metuenda magis q̃
Que pueri in tenebris pauitant fugiuntq; futura.
Nunc igitur terrorem animi tenebrasq; necesse est
Non radii solis: neq; lucida tæla diei

Discutiant: sed naturæ speties ratioq;.

De animi & animæ natura sensuq;

Primum animum dico mentē quē sæpe uocamus
In quo consilium uitae regimenq; uocatum est.
Esse hominis partem nihilominus: ut manus &
Pes: atq; oculi partes animantis totius extant.
Sensum animi certa non esse in parte locatum
Vtrum habitum quendam uitalem corporis esse:
Harmoniam graii quam dicunt: quod fariat nos
Viuere cum sensu. nulla in parte si & mens.
Vt bona posset ualutudo qum dicitur esse
Corpore & non est: tamen hæc pars illa ualentis.
Sic animus sensum non certa parte reponunt.
Magno opere in quo mi diuersi errare uidentur.
Sæpe itaq; in promptu corpus: quod cernitur ægrum
Q um tamen ex alia lætamur parte lateriti:
Et retro fit: ubi contra fit sæpe uicissim.
Cum miser ex animo letatur corpore toto
Non alio pacto q̄ si pes qum dolet egri
In nullo caput interea si forte dolore.
Præterea molli cum somno dedita membra
Effusumq; iacet sine sensu corpus honestum.
Est aliud tamen in nobis quod tempore in illo
Multimodis agitatur & omnis accipit in se
Lætitie motus: & curas cordis inanis.
Nunc animam quoq; ut in membris cognoscere possis
Esse: neq; harmonia corpus interire solere
Principio fit uti detracto corpore multo
Sæpe tamen nobis in membris uita moretur.
Atq; eadem rursum cum corpora pauca calore
Diffugere: forasq; per os est editus aer.
Deserit ex templo uenas atq; ossa reliquit.
Noscere ut hinc possis non æquas omnia partes
Corpora habere: neq; ex æquo fulcire salutem
Sed magis hec uenti que sunt calidiq; uaporis
Semina: curare in membris ut uita moretur.
Est igitur calor ac uentus uitalis in ipso
Corpore: qui nobis moribundos deserit artus.
Q uapropter: quoniam est animi natura reperta
Atq; animæ: quasi pars hominis redde harmoniam
Nomen ab organico salto delatum heliconi

Siue aliunde ipsi porro traxare & in illam
Transtulere ꝑprio quæ cum res nomine egebat
Quicquid id est habeant tu cætera percipe dicta.

Animum & animam coniuncta esse.

Nunc animum atq; animam dico coniūcta teneri
Inter se: atq; unam naturam conficere ex se.
Sed caput esse quasi dominari in corpore toto
Consilium: quod nos animum mentemq; uocamus.
Idq; situm media regione in pectoris heret
Hic exultat enim pauor ac metus. hec loca circum
Lætitiæ mulcet. hic ergo mens animusq; est.
Cætera pars animæ per totum dissita corpus
Paret: & ad numen mentis nomenq; mouetur.
Idq; sibi solum per se sapit & sibi gaudet.
Qum neq; res animam neq; corpus cōmouet una.
Et quasi qum caput aut oculus tentante dolore
Læditur in nobis: non omni concruciamur
Corpore. sic animus nonnunq̄ læditur ipse
Lætitiaq; urget qum cætera pars animai
Per membra atq; artus nulla nouitate cietur.
Verum ubi uenienti magis est commota metu mens
Consentire animam totam per membra uidemus.
Sudoresq; ita palloremq; existere toto
Corpore: & infringi linguam uocemq; ab oriri.
Calligare oculos: sonare aures succidere artus.
Deniq; concidere ex animi terrore uidemus
Sæpe homines: facile ut qui uis hinc noscere possit
Esse animam cum animo coniunctam quæ cum animi ui
Percussat extra corpus propellit & icit.
Hæc eadem ratio naturam animi atq; animai
Corpoream docet esse. ubi enim ꝓpellere membra
Corripere ex sommo corpus mutareq; uoltum
Atq; hominem totum regere ac uersare uidetur.
Quorum nihil fieri sine tactu posse uidemus.
Nec tactum porro sine corpore. nonne fatendum est
Corporea natura animum constare animamq;?
Præterea pariter fungi rem corpore: & una
Consentire animum nobis in corpore cernis.
Si minus offendit uitam. uis horrida læti
Ossibus ac neruis disclusis: intus adacta
Attamen insequit̄ languor terræq; q; petit⁹ c

Suauis: & in terra mentes qui gignitur æstus.
Interdumq; quasi exurgendi incerta uoluntas.
Ergo corpoream naturam animi esse necesse est.
Corporeis quoniam telis ictuq; laborat.
Is tibi nunc animus quali sit corpore & unde
Constiterit: pergam rationem reddere dictis.
Principio esse aio per sutilem atq; minutis
Per quam corporibus factum. constare id ita esse
Hinc licet aduertas animum ut pernoscere possit.

De nobilitate animi.

Nil adeo fieri celeri ratione uidetur:
Quam si mens fieri ꝓponit & inchoat ipsa.
Ociuus ergo animus q̃ res se perciet ulla.
Ante oculos quorum in promptu natura uidetur.
Aut quod mobile tanto operc est constare rotundis
Per quam seminibus debet per quam que minutis.
In homne uti paruo possint impulsa moueri.
Namq; mouetur aqua & tantillo nomine fluitat.
Quippe uolubilibus paruisq; creata figuris.
At contra mellis constantior est natura.
Et pigri latices magis: & cunctantior ictus.
Heret enim inter se magis omnis materiai
Copia. nimirum qui non tam leuibus extat
Corporibus: neq; tam subtilibus atq; rotundis.
Namq; papauerum aura potest suspensa leuisq;
Cogere: ut ab summo tibi diffluat altus aceruus
At contra lapidum coniectum spiculorumq;
Nulla potest igitur paruissima corpora per quam
Ec leuissima sunt ita mobilitate fruuntur.
At contra quecunque magis cum pondere magno
Asperaq; inueniuntur: eo stabilita magis sunt.
Nunc igitur quoniam animi natura reperta
Mobilis: egregie per quam constans necesse est
Corporibus paruis & leuibus atq; rotundis.
Quæ tibi cognita res in multis o bone rebus
Vtilis inuenietur & oportune cluebit.
Hæc quoq; res etiam naturam dedicat eius
Quam tenui constet textura: quãq; loco se
Contineat paruo: si posset conglomerari
Quod simul atq; hominem leti secura quies est
Indepta: atq; animi natura animæq; recessit

Nihil ibi libatum de toto corpore cernas.
Ad ſpetiem:nihil ad pondus:mors omnia præſtat
Vitalem preter ſenſum calidumq; uaporem.
Ergo animam totam per paruis eſſe neceſſe eſt
Seminibus uixam per uenas:uiſcera: neruos.
Quatenus omnis ubi e toto iam corpore ceſſit:
Extima membrorum circum cæſura tamen ſe
In columen præſtat:nec deſit ponderis hilum.
Quod genus eſt bacchi qum flos euanuit.aut qum
Spiritus unguenti ſuaues diffugit in auras.
Aut aliquo qum iam ſuccus de corpore ceſſit.
Nihil oculis tamen eſſe minor res ipſa uidetur.
Præterea:neq; detractum de pondere quicquam.
Nimirum:quia multa minutaq; ſemina ſucos
Efficiunt:& odorem in toto corpore rerum.

Tertiam animam eſſe mentem.

Quare etiã atq; etiã mentis naturam animæq;
Scire licet per quam pauxillis eſſe creatam
Seminibus:quoniam fugiens nihil ponderis aufert
Nec tamen hæc ſimplex nobis natura putanda eſt.
Tenuis enim quædam moribundos deſerit aura
Mixta uapore.uapor porro trahit aere ſecum
Nec calor eſt quiſquam cui non ſit mixtus & aer
Rara quod eius enim conſtat natura:neceſſe eſt
Aeris in cereum primordia multa moueri
Iam triplex animi eſt igitur natura reperta.
Nec tamen hec ſat ſunt ad ſenſum cuncta creandum.
Nihil horum quoniam recipit mens poſſe creare
Senſiferos motus quedam quæ mente uolutat.

Quartam ſine nomine animam.

Quarta quoq; his igitur quædã natura neceſſeſt
Adtribuatur:eaſt omnino nominis expers.
Qua neq; mobilius quicquam neq; tenuius extat.
Nec magis e paruis & leuibus excrementis.
Senſiferos motus que dedit prima per artus.
Prima ſcietur enim paruis perfecta figuris.
Inde calor motus & uenti ceca poteſtas
Accipit inde aer:inde omnia mobilitantur.
Concutitur:tum ſanguis per ſentes uiſcera uint
Omnia.poſtremis datur oſſibus atq; medullis.
Siue uoluptas eſt ſiue eſt contrarius ardor.

Nec temere huc dolor usq; potest penetrare: neq; aere
Permanare malum: quando omnia perturbentur.
Vsq; adeo uitæ desit locus: atq; animai
Diffugiant partes per culmas corporis omnis
Sed plerumq; fit in summo corpore finis
Motibus: hanc obrem uitam retinere ualemus.
Nunc ea quo pacto inter se se mixta quibusq;:
Compta modis uigeant: rationem reddere habentem
Abstrahit inuitum patrii sermonis egestas.
Sed tamen ut potero summatim attingere tangam.

Coniunctio animi & animarum.

Inter enim cursant primordia principiorum
Motibus inter se nihil: ut sternere unum
Possit: nec spatio fieri diuisa potestas
Sed quasi multa eius unius corporis extant.
Quod genus in quo uis animantum uisere uulgo
Est odor & quidam calor & sapor: & tamen ex his
Omnibus est unum perfectum corporis augmen.
Sic calor atq; aer & uenti ceca potestas.
Mixta creant unam naturam & mobilis illa
Vis inuitam: motus ab se quæ diuidit illis.
Sensifer unde oritur primum per uiscera motus.
Nam penitus prorsum latet hæc natura subestq;.
Nec magis hac quicquã infra quicquã ẽ in corpe nostro
Atq; anima est animæ pro porro totius ipsa.
Quod genus in nostris membris & corpore toto
Mixta latens animus est animæq; potestas
E corporibus quia de paruis paucisq; creatast.
Sic tibi nominis hæc expers uis facta minutis
Corporibus: late atq; animæ quasi totius ipsa.
Pro porrost anima: & comminatur corpore toto.
Consimili ratione necessest uentus & aer
Et calor inter se uigeant commixta per artus
Atq; aliis aliud sub sit magis emineatq;
Vt quiddam fieri uideatur ab omnibus unum
Ne calor ac uentus seorsum seorsum potestas.
Aeris interimant sensum deductaq; soluant.

De uarietate animi.

Est etiam color ille animo quem sumit in ira
Qum feruescet & ex oculis micat accius ardor
Est & frigida multa comes formidinis aura:

Qua ciet horrorem membris & concitat artus.
Est etiam quoq; pacati status aeris ille:
Pectore tranquillo fit qui uultuq; sereno.
Sed cælidi plus est illis quibus aeria corda
Iracundaq; facile efferuescit in ira.
Quo genere in primis uis est uiolenta leonum.
Pectora qui fremitu rumpunt plerunq; gementes.
Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.
At uentosa magis ceruorum frigida mens est.
Et gelidas citius per uiscera concitat auras.
Que tremulum faciunt membri existere motum.
At natura boum placido magis aere uiuit
Nec minus irai fax nunq̃ subdita parcit
Fumidas effundens cæcæ caliginis umbras.
Nec gelidis torpet telis perfixa uoporis
Incer utrasq; sitas ceruos seuosq; leones.
Sic hominum genus est: q̃uis doctrina politos
Constituat pariter: quosdam tamen illa relinquit
Natura cuiusq; animi uestigia prima.
Nec radicitus euelli mala posse putandumst.
Quando procliuius hic iras decurrat ad acris
Ille metu citius paulo tenetur. at ille
Tertius accipiat quedam clementius equo.
Inq; aliis rebus multis differre necesse est
Naturas hominum uarias: moresq; sequaces.
Quorum ego nunc nequæo cæcas exponere causas.
Nec reperire figurarum tot nomina quot sunt
Principiis: unde hec oritur uariantia rerum
Illud in his rebus uide firmare potesse
Vsq; adeo naturarum uestigia linqui
Paruula: que nequeat ratio depellere noctis.
Vt nihil impediat dignam diis degere uitam.
Hæc igitur natura tenetur corpore ab omni.
Ipsaq; corpore est custos: & causa salutis.
Nam communibus inter se radicibus herent.
Nec sine pernitie diuelli posse uidentur.
Quod genus est turis glebis euellere odorem
Haud facile est quin intereat natura quoq; eius.
Sic animi atq; animæ naturam corpore toto
Extrahere haud facile est quin omnia dissoluantur.
Implexis ita principiis ab orgine prima

Inter se consorti fiunt prædita uitæ.
Nec sibi queque sine alterius ui posse uidetur
Corporis atq; animi seorsum stare potestas.
Sed communibus inter eos conflatur utrinque
Motibus: accensus nobis per uiscera sensus.
Præterea corpus per se nec gignitur unq̄.
Nec crescit: neq; potest mortem aurare uidetur.
Non enim: ut humor aquæ dimittit sæpe uaporem.
Qui datus est: neq; a causa conuellitur ipse
Sed manet in columis: non inquam sic animai
Discidium inter artus perferre relicti.
Sed penitus pereunt conuulsi: cunq; putrescunt.
Ex ineunte æuo sic corpus atq; animai
Natura uitalis discunt contagia motus.
Maternis etiam membris aluoq; reposto
Discidium nequeat fieri sine peste maloq;
Vt uideas: quoniam coniuncta est causa salutis
Coniunctam quoq; naturam consistere eorum.

De sensu corporis & animi.

Quod super est: siquis corpus sentire refutat
Atq; animam credit permixtam corpore toto
Suscipere hunc motum: quem sensum nomicamus.
Vel manifestas res contra ueras quæ repugnat.
Quid sit enim corpus sentire quis afferet unq̄
Si non ipsa palam quod res dedit ac docuit nos?
At dimissa anima corpus caret undiq; sensu:
Perdit enim quod non ꝓprium fuit eius in æuo.
Multaq; præterea perdit qum expellitur æuo quis.
Dicere porro oculos nullam rem cernere posse.
Sed per eos animum ut foribus spectare reclusis
Difficile est contra qum sensus ducat eorum.
Sensus enim trahit atq; aties detrudit ad ipsas
Fulgida presertim qum cernere sæpe nequimus
Lumina luminibus: quia nobis prepediuntur.
Quod foribus non fit: neq; enim qua cernimus ipsi.
Ostia suscipiunt ullum reclusa laborem.
Præterea si ꝓ foribus sunt lumina nostra
Iam magis exemptis: oculis debere uidetur
Cernere rem animus sub latis postibus ipsis.
Illud in his rebus nequaq̄ sumere possis
Democriti quod sancta uiri sententia ponit.
Corporis atq; animi primordia singula primis

Apposita alternis uariare ac nectere membra.
Nam qum multo sunt animæ elementa minora
Quam quibus & corpus nobis & uiscera constant.
Tum numero quoq; concedunt & rara per artus
Dissita sunt dumtaxat: ut hoc permittere possis
Quancula prima queant nobis iniecta ciere.

Contra Democritũ de animo & anima.
Corp9 nõ sentire per se sine animi motu.

Corpora sensiferos motus in corpore tanta
Interualla tenere exordia prima animai.
Nam neq; pulueris incerdum sentimus adhesum
Corpore: nec membris incussam sidere cretam.
Nec nebulam noctu: neq; arani tenuia fila.
Obuia sentimus: quando obretimur euntes.
Nec super ea caput eiusdem cecidisse uictam
Vestem: nec plumas auium papposq; uolantis
Qui nimia leuitate cadunt plerunq; grauatim.
Nec repente situm cum suis cunq; animantis
Sentimus: nec priua pedum uestigia queque
Corpore que in nostro culices & cætera ponunt.
Vsq; adeo prius est in nobis multa ciendo
Quam primordia sentificant concussa animai
Semina corporibus nostris in mixta per artus.
Et quantis interuallis cuditantia possint
Concussa recoire: & dissultare uicissim.
Et magis est animus uitai claustra cohercens
Et dominantior ad uitam q̃uis animai.
Nam sine mente animoq; nequid residere per artus
Temporis exiguum partem pars ulla animai.
Sed comos insequitur: facile discedit in auras.
Et gelidos artus in leti frigore linquit.
At manet in uita cui mens animi musq; remansit.
Quãuis est cretum cæsis lacer undiq; membris.
Truncus adempta anima circum membrisq; remotis
Viuit & aethereas uitalis suscipit auras.
Si non omnimodis ut magna parte animai.
Priuatus tamen inuita cunctatur & heret.
Vt lacerato oculo circum si pupula mansit
In columis: stat cernendi: iuuata potestas.
Omnimodo ne totum corrumpas luminis orbem.
Et circumcidas aciem solamq; relinquas
Id quoq; enim sine pernitie non fiet eorum.

At si tantula pars oculi media illa per aesa est.
Occidit ex templo lumen tenebræq; sequuntur.
In columis quis alioquin splendidus orbis
Hoc anima atq; animus iuncti sunt fœdere semper.

Animam natiuam & mortalem esse.

Nunc age natiuos: animantibus & mortales
Esse animos animasq; leuis ut noscere possis
Conquisita diu dulciq; reperta labore
Digna tua pergam disponere carmina uita
Tu fac utrunq; uno subiungas nomen eorum.
Atq; animam uerbi causa qum dicere pergam
Mortalem esse docens animum quoq; dicere credas.
Quatenus est unum inter se coniunctaq; res est.
Principio quoniam tenuem constare minucis
Corporibus docui: multoq; minoribus esse
Principiis factam: quam liquidus humor aquai
Aut nebula aut fumus. nam longe mobilitate
Prestat: & a tenui causa magis icta mouetur
Quippe ubi imaginibus fumi nebulæq; mouentur
Quod genus in somnis sopiti: ubi cernimus alta
Exalare uapore altaria ferreq; fumum
Nam procul hæc dubio nobis simulachra geruntur.
Nunc igitur quassatis undiq; uasis
Diffluere humorem & laticem discedere cernis
Et nebula ac fumus quoniam discedit in auras.
Crede animam quoq; diffundi multoq; per ire
Ocius ac citius dissolui corpora prima
Cum semel ex omnibus membris ablata recessit.
Quippe etenim corpus quod uas quasi constitit eius
Cum cohibere nequit conquassatum ex aliqua re
Ac rare factum detracto sanguine uenis
Aere: qui credas posse hanc cohiberier ullo
Corpore qui nostro rarus magis incohibescit.

Anima & corpus simul nasci & crescere
Et simul interire.

Præterea gigni pariter cum corpore ut una
Crescere sentimus: pariterq; senescere mentem.
Nam uelut infirmo pueri tenereq; uagantur
Corpore. sic animi sequitur senteutia tenus.
Inde ubi robustis adoleuit uiribus actas
Consilium quoq; maius & auctor est animi uis.

Post ubi iam ualidis quassatum est uiribus æui
Corpus: & obtusis ceciderunt uiribs artus
Claudicat ingenium: delira linguaq; mensq;.
Omnia deficiunt atq; uno tempore desunt.
Ergo dissolui conuenit omnem animai
Naturam ceu fumus in altas aeris auras.
Q uando quidem gigni pariter pariterq; uidemus
Crescere & docui simul æuo fessa fatisci.
Huc accedit: uti uidemus corpus ut ipsum
Suscipere immanis morbos durumq; laborem.
Sic animum curas acris luctumq; metumq;.
Q uare participem leti quoq; conuenit esse.
Q uomodo etiam morbis in corporum auius erret.
Sepe animum dementit enim delataq; fatur.
Interdumq; graui lethargo fertur in altum
Aeternumq; soporem oculi nutuq; cadenti.
Vnde neq; exaudit uoces: nec noscere uultus.
Illorum potis est ad uitam qui reuocantes
Circum stant lachrimis rorantes ora genasq;.
Quare animum quoq; dissolui necesse est.
Q uando quidem penetrant in eum contagia morbi
Nam dolor ac morbus læti fabricator uterque st.
Multorum exitio perdocti quam sumus ante
Et quoniam mentem sanari corpus inani.
Deniq; cor hominum qum uim uis penetrant
Aeris & in uenas discessit deditus ardor
Consequitur grauitas membrorum. præpediuntur
Crura uacillanti. tardescit lingua madet mens
Nant oculi clamor. singultus. iugia gliscunt.
Etiam cætera de genere hoc quecunque sequantur.
Cur ea sunt nisi quod uehemens uiolentia uiui
Contrahere animam consueuit corpore in ipso.
At quecunque queunt conturbari inq; pediri
Significant paulo si durior insinuarit
Causa fore ut pereant æuo priuata futuro.
Quando etiam subito ui morbi sæpe coactus
Ante oculos aliquis nostros ut fulminis ictu
Concidit: & spumas agit: ingemit & tremit artus
Dissipit: extentat neruos: torquetur: anhelat
Inconstanter: & in iactando membra fatigat.
Nimirum quia uis morbi distracta per artus

Turbat agens animam ſpumatis in æquore ſalſo
Ventorum ualidis freneſcunt uiribus unde.
Exprimitur porro gemitus: quia membra dolore
Afficiuntur. & omnino quod ſemina uocis
Eliciuntur. & ore foras glomerata feruntur
Qua quaſi conſuerunt & ſunt munita uiai
Deſipientia fit. qu uis animi atq; animai.
Conturbatur & ut domi diuiſa ſeorſum
Diſiectatur eodem illo diſtracta ueneno.
Inde ubi iam morbi reflexit cauſa reditq;
In latebras ater corrupti corporis humor.
Tum quis uacillans primum conſurgit & omnis
Paulatim redit in ſenſus animamq; receptat.
Hec igitur tantis ubi morbis corpore in ipſo
Iactentur: miſeriſq; modis diſtracta laborent.
Cur eadem credis ſine corpore in aere aperto
Cum ualidis uentis ætatem degere poſſe?
Et quoniam mentem ſanari corpus ut ægrum
Cernimus & flecti medicinam poſſe uidemus
Id quoq; preſagit mortalem uiuere mentem
Addere enim partis aut ordine traicere equumſt
Aut aliquid prorſum de ſumma trahere hilum.
Commutare animum quecunque adoritur & infit.
Aut aliam quã uis naturam flectere querit.
Atq; neq; terra ferri ſibi partis nec tribui uult
Immortale quod eſt quicquam neq; defluere hilum.
Nam quod cum ſuis mutatum finibus exit
Continuo hoc mors eſt illius quod fuit ante.
Ergo animus ſiue ægreſcit mortalia ſigna
Mittit: ut e docui: ſeu flectitur a medicina
Vſq; adeo ſal ſe rationis uera uidetur
Res occurrere & effugium precludere eunti.
Ancipitiq; refutatur conuincere falſum
Deniq; ſæpe hominem paulatim terminus ire
Et membratim uitalem deperdere ſenſum.
In pedibus primum digitos liueſcere & ungues
Inde pedes & crura mori: poſt inde per artus
Ire alios tractim gelidi ueſtigia læti.
Scinditur: atq; animo hæc quoniam natura nec uno
Tempore ſincera exiſtit mortalis habendaſt.
Quod ſi forte putas ipſam ſe poſſe per artus

Introrſum trahere: & partis con ducere in unum
Atq; adeo cunctis ſenſum deducere membris.
At locus ille tamen quo copia tanta animai
Cogitur in ſenſu debet maiore uideri.
Qui quoniam nuſq̄ eſt. nimirum ut diximus ante
Dilaniata foras diſpergitur. niterit ergo.
Quando etiam ſi iam libeat concedere falſum
Et dare poſſe animam glomerari in corpore eorum:
Lumina qui linquunt moribundi particulatim.
Mortalem tamen eſſe animam fateare neceſſeſt.
Nec refert utrum pereat diſperſa per auras
An contracta ſuis e partibus obruteſcat.
Quando hominem totū magis ac magis undiq; ſenſus
Defficit: & uitae minus & minus undiq; reſtat.
Et quoniam mens eſt hominis pars una: locoq;
Fixa manet certo: uelut aures atq; oculi ſunt
Atq; alii ſenſus qui uitam cunq; gubernant.
Et ueluti manus atq; oculus nareſue ſeorſum
Secreta ab nobis nequeunt ſentire neq; eſſe.
Sed tamen in paruo linguntur tempore tali
Sic animus per ſe non quit ſine corpore. & ipſo
Eſſe homine illius quaſi quod nos eſſe uidetur.
Siue aliud quid uis potius connectiuus ei
Fingere. quando quidem connexu corpus adheret.
Deniq; corporis atq; animi uiuata poteſtas
Inter ſe coniuncta ualent uitaq; feruntur.
Nec ſine corpore enim uitalis edere motus
Sola poteſt animi per ſe natura: nec autem
Caſſum anima corpus durare & ſenſibus uti
Scilicet auulſus radicibus: ut nequit illam
Deſpicere oculus ipſe rem: ſeorſum corpore toto
Sic anima atq; animus per ſe nil poſſe uidetur.
Nimirum quia per uenas & uiſcera mixtim
Per neruos atq; oſſa tenentur corpore ab omni.
Nec magnis interuallis primordia poſſunt
Libera. diſſoluere ideo concluſa mouentur.
Senſiferos motus quos extra corpus in auras
Aeris: aut poſſunt poſt mortem eiecta mouere.
Propterea quia non ſimili ratione tenentur.
Corpus enim atq; animam ſerit aer ſic cohibere
Sic cohibere atq; in eos poterit concludere motus.
Quos ante in neruis & in ipſo corpore agebat.

Quare etiam atq; etiam resoluto corporis omni
Tegmine: & eiectis extra uitalibus auris
Dissolui sensus animi fateare necessest.
Atq; animam quoniam coniunctamst causa duobus
Deniq; qum corpus nequeat perferre animai
Discidium: quando in tetro tabescat odore.
Quid dubitas quando ea imo penitus sibiq; coorta
Et manarit uti fumus diffusa animæ uis.
Atq; ideo tanta mutatum putte ruina
Conciderit corpus penitus: quia mota loco sunt:
Fundamenta foras manant animæq; per arttus
Perq; uiarum omnis flexus in corpore qui sunt.
Atq; foramina multimodis ut noscere possis
Dispercitam animæ naturam exisse per artus.
Ec prius esse sibi distractam corpore in ipso
Quam prolapsa foras enatat in aeris auras.
Quando etiam finis dum uitæ uertitur intra
Sæpe aliqua tamen e causa labefacta uidetur.
Ire anima ac toto solui de corpore omnia membra.
Quod genus est animo malefactum qum perhiberet
Aut animam liquisse ubi iam trepidatur & omnes
Extremum cupiunt uitæ reprehendere uinclum.
Conquassatur enim tum mens animæq; potestas
Omnis: & hoc ipso cum corpore conlabescunt.
Vt grauior paulo possit dissoluere causa.
Quid dubitas tandem quando extra perdita corpus
Imbecilla foras in aperto tegmine dempto
Non modo non omnem possit durare per acuum
Sed minimum quod uis nequeat consistere tempus
Nec sibi enim quisquam moriens sentire uidetur.
Ire foras animam in columen de corpore toto
Nec prius ad iugulum & superas accedere fauces
Verum deficere in certa regione locatum.
Vt sensus alios impti quenque sua sit
Dissolui: quod si mortalis nostra foret mens
Non tam se moriens dissolui conquereretur.
Sed magis ire foras uestemq; relinquere ut anguis.
Deniq; cur animi nunq̄ mens consiliumq;
Gignitur in capitur aut pedibus manibusue. sed imis
Sedibus & certis regionibus omnibus heret.
Si non certa laca ad nascendum reddita cuique

Sunt: & ubi quiquam possit durare creatum
Atq; ita multimodis per totis artubus esse
Membrorum ut nunq̄ existat prepostcrus ordo
Vsq; adeo sequitur res rem neq; flamma creari
Fulminib9 (fluminib9) solita neq; in igni gignier algor.
De sensibus animæ & animi.
Præterea si immortalis natura animaist
Et sentire potest secreta a corpore nostro.
Quinq; ut opinor eā faciundum est sensibus auctam.
Nec ratione alia nosmet ꝓponere nobis
Possimus infernas animas Acherunte uocare.
Pictores itaq; & scriptorum secla priora
Sic animas introduxerunt sensibus auctas.
At neq; sorsum oculi neq; nares nec manus ipsa
Esse potest anima: neq; sorsum lingua neq; aures
Auditum per se possunt sentire neq; esse.
Et quoniam toto sentimus corpore inesse
Vitalem sensum & totum esse animale uidemus
Si subito medium celeri presciderit ictu
Vis aliqua ut sorsum partem se cernat utrāque
Dispertita procul dubio quoq; uis animai
Et discissa simul cum corpore dissiitietur.
At quod scinditur & partem discedit in ullam
Scilicet æternam sibi naturam abunit esse.
Falciferos memorant currus abscindere membra
Sæpe ita desubito permixta cæde cadentis.
Vt tremere in terra uideatur ab artubus id quod
Occidit abscissum quom mens acq; hominis uis
Mobilitate mali non quit sentire dolorem.
Et similis in pugnæ studio quod dedita mens est
Corpore cum reliquo pugnam cedæsq; petestat.
Nec tenet amissam leuam cum tegmine sæpe
Inter equos abstrasse rotas falcesq; rapaces.
Nec cecidisse alius dextram qum scandit & instat.
Inde alius conatur adempto surgere crure
Qum digitos agitat ꝓpter moribundus humi pes
Et caput abcissum calido uiuente q; trunco
Seruat humi uoltum uitalem oculosq; patentes.
Donec reliquias animai reddidit omnes.
Quin etiam tibi si lingua uibrante minanti
Serpentis cauda procero corpore utrunque

Sit libitum in multis partis diſcindere ferro
Omnia iam ſorſum cernes auerſa recenti
Volnera tortari & terram conſpergere tabo.
Ipſam ſeq; retro partam petere ore priorem
Volucris ardenti ut morſu premat icta dolore
Omnibus eſſe igitur totas dicemus in illis
Particulis animas: at ea ratione ſequetur.
Vnam animantem animas habuiſſe in corpore multas.
Ergo diuiſa eſt ea: quæ fuit una ſimul cum
Corpore. quaꝓpter mortale utrumque putandum eſt.
In multas quoniam partes diſcinditur æque.
Præterea ſi immortalis natura animai
Conſtat: & in corpus naſcentibus inſinuatur
Cur ſuperante actam ætatem meminiſſe nequimus
Interiſſe. & quæ nunc eſt nunc eſſe creatam?
Nec ueſtigia geſtarum rerum ulla tenemus?
Nam ſi tanto opere animiſt mutata poteſtas
Omnium ut actarum exciderit retinentia rerum
Non ut opinor id ableto iam longius errat
Quaꝓpter fateare neceſſeſt quæ fuit ante
Interiſſe: & quæ nunc eſt nunc eſſe creatam.
Præterea ſi iam profecto corpore nobis
Inferri ſolita animiſt uiuata poteſtas:
Tum qum gignimur: & uitæ cum lumine in imus
Haud ita conueniebat uti cum corpore & una
Cum membris uideatur in ipſo ſanguine creſſe:
Sed uelut in cauea per ſe ſibi uiuere ſolam:
Conuenit ut ſenſu corpus tamen affluat omne.
Quare etiam atq; etiam neq; originis eſſe putandumſt.
Ex ꝑtis animas nec uti lege ſolitas.
Nam neq; tanto opere adnecti potuiſſe putandumſt
Corporibus noſtris extrinſecus inſinuatas.
Quod fieri totum contra manifeſta docet res.
Nam quæ ita connexa eſt per uenas uiſcera neruos
Oſſaq;: uti dentes queque ſenſu participentur:
Morbibus ut indicat gelidi ſtringor aquai
Et lapis oppreſſus ſubitis e frugibus aſper.
Nec tam contexte. qum ſint ex ire uidetur
In columes poſſe & ſoluos exoluere ſe ſe
Omnibus e neruis atq; oſſibus articuliſq;.
Quod ſi forte putas extrinſecus inſinuatam

Permanere animam nobis per membra solere
Tanto quiq; magis cum corpore fusa peribit
Quod pinant enim dissoluitur: interit ergo.
Dispertitur ergo per caulas corporis omnis.
Vt cibus in membra atq; artus qum ducitur omnis.
Disperit atq; aliam naturam sufficit ex se.
Sic anima atq; animus q̃uis est integra: recens
Corpus eunt tamen in manando dissoluuntur.
Dum quasi per causal omnis diduntur martus
Particulæ quibus hic animi natura creatur.
Quæ nunc in nostro dominatur corpore nata
Ex illa quæ tum peritat partitat per artus.

De natali animã nõ eẽ paratã. (priuatã

Quaꝑpter neq; natali priuata uidetur
Esse dic natura animæ: nec funeris expers
Semina præterea linquntur nec ue animai
Corpore in ex animo quod si linquntur & insunt
Aut erit ut merito immortalis possit haberi
Partibus amissis quoniam libata recessit.
Sin ita sinceris membris ablata profugit
Vt nullas partis morpore liquetur ex se
Vnde cadera recenti iam uiuere uermes
Expirant: atq; unde animantum copia tanta
Ex os & exanguis timidos perfluctuat artus
Quod si forte animas extrinsecus insinuari
Vermibus: & priuasse si corpore posse uenire
Credis: nec reputas cur milia multa animarum
Conueniant: unde una recesserit. hoc tamen est ut
Querendum uideatur & in discrimen agendum
Vtrum tandem animæ uenentur semina queque
Vermiculorum ipsaq; sibi fabricentur ubi sint
An quasi corporibus perfectis insinuentur?
At neq; cur faciant ipse quare ue laborent
Dicere suppeditat: neq; enim sine corpore cum sunt
Solicitæ euolitant morbis algoq; famæq;.
Corpus enim magis his uitiis & fine laborat.
Ec mala multa animis contage fingitur eius.
Sed tamen his esto q̃uis facile utile corpus
Cum subeant atq; possint uia nulla uidetur.
Haud igitur faciunt animæ sibi corpora & artus.
Nec tamen est ut qui cum perfectis insinuentur

Corporibus: neq; enim poterunt ſubtiliter eſſe
Connexere. neq; cum ſenſu contagia fient.
Deniq; cur acris uiolentia triſte leonum
Seminum ſequitur uulpes dolus: & fuga ceruos.
A patribus datur: & patrius pauor incitat artus.
Et iam cætera de genere hoc cur omnia membris
Ex ineunte æuo generaſcunt ingenioq;
Si non certa: ſuo quia ſemine ſeminoq;
Vis animi pariter creſcit cum corpore quoq;
Quod ſi immortalis foret: & mutare ſoleret
Corpora: permixtis animantes corpora moribus eſſent.
Effugeret canis hircano de ſemine: ſæpe
Cornigeri incurſum cerui: tremeretq; per auras
Aeris accipiter fugiens ueniente columba.
Deſiperent homines: ſaperent fera ſæcla ferarum.
Illud enim falſa fertur ratione quod agunt
Immortalem animam mutato corpore flecti.
Quod mutatur enim diſſoluitur interit ergo.
Traiiciuntur enim partes: atq; ordine migrant.
Quare diſſolui quoq; debent poſſe per artus.
Deniq; ut intereant una cum corpore cunctæ.
Sic animas hominum decent in corpora ſemper
Iræ humanæ tamen cure ſapienti
Stulta queat fieri: nec prudens ſit puer ullus.
Si non certa ſuo: quia ſemine ſeminoq;.
Nec tam doctus æque pullus: q̃ doctus equinis
Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem
Confugient. quod ſi iam fit fateare neceſſeſt
Mortale fore animam: quoniam natura per artus
Tanto opere amittit uitam ſenſumq; priorem.
Quo ue modo poterit pariter cum corpore quoq;
Confirmata capitum actatis tangere florem?
Vis animi niſi erit conſors in origine prima?
Quid ue foras ſibi uult membris exire ſenectus?
An metuit concluſa manere in corpore putri?
Et domus actatus ſpatio ne feſſa uetuſto
Obruat: at non ſunt iam immortali ulla pericla?
Deniq; connubia ad ueneris partuſq; ferarum
Eſſe animas præſto diridiculum eſſe uidetur:
Expectare immortalis mortalia membra.
In numero numero certare que ꝓperantur

Inter se que prima potissimaq; insinuetur.
Si non forte ita sunt animarum fœdera pacta
Vt que prima uolans aduenerit insinuetur
Prima neq; inter se contendant uiribus hilum
Deniq; in æthere non arbor non æquore in alto
Nubes esse queunt: nec pisces uiuere in aruis.
Nec cruor in lignis: nec saxis sucus inesse.
Certum dispositumst ubi quicquam crescat & insit.
Sic animi natura nequit sine corpore oriri.
Sola: neq; a neruis & sanguine longius esse
Q uod si posset enim multo prius ipsa animi uis
In capite aut humeris aut imis talabus esse
Posset: & innasci quauis in parte soleret.
Tandem in eodem homine: atq; in eodem uase manere
Quod quoniam nostro quoq; constat corpore certum
Dispositumq; uidetur ubi esse & crescere possit.
Sorsum anima atq; animus tanto magis inficiandum
Totum posse extra corpus durare geniq;.
Quare corpus ubi interiit perisse necessest
Conficente animam distractam in corpore toto
Q uippe & enim mortalem aeterno iungere & una
Constare putare & fungi mutua posse
Desiperest: quid enim diuersius esse putandumst
Aut magis inter se disiunctum discrepitansq;
Q uam mortale quod est immortali atq; perhemni
Iunctum in concilio saluas tollerare procellas.
Præterea quecunque manent æterna necessest
Aut quia sunt solido cum corpore respuere ictus
Nec penetrare pati sibi quicquam. quod queat ad artus
Dissociare: intus partus & materiai.
Corpora sunt quorum naturam ostendimus ante.
Aut ideo durare ætatem posse per omnem
Plagarum. quia sunt expertia: sicut inanest
Q uod manet intactum: neq; ab ictu figitur hilum.
Aut igitur: quia nulla loci sit copia circum
Q uod quasi res possint discedere dissoluiq;
Sicuti summarum summast æterna: neq; extra
Quis locus est quo diffugiant neq; corpora sunt que
Possint incidere & ualida dissoluere plaga
Q uod si forte ideo magis immortalis habenda est
Q uod in talibus ab rebus munita tenetur

Aut quia non ueniunt omnino aliena salutis
Aut quia que ueniunt aliqua ratione recedunt
Pulsa prius q̃ qui noceant sentire queamus
Propter egrit enim q̃ quod morbist qum corp⁹ egrotat
Aduenit id quod eam de rebus sæpe futuris
Maceret: inqꝫ metu male habet curisqꝫ fatigat.
Præteritisqꝫ male admissa peccata remordent.
Adde furorem animi ꝓprium atqꝫ obliuia rerum.
Adde quod in nigras lethargi mergitur undas.
Nil igitur mors est ad nos neqꝫ pertinet hilum
Quando quidem natura animi mortalis habetur
Et uelut ante acto nil tempore sensimus ægri.
Ad confligendum uenientibus undiqꝫ pœnis.
Omnia cum belli trepido concussa tumultu
Horrida cõremuere sub altis ætheris auris.
Ni dubio que fuere utroque ad regna cadendum
Omnibus humanis esset terra mariqꝫ.
Sic ubi non erimus cum corporis atqꝫ animai
Discidium fuerit quibus hesimus uniter apti
Scilicet haud nobis quicquam qum non erimus tam
Accidere omnino poterit sensumqꝫ mouere
Non si terra mari miscebitur & mare cælo.
Et si iam nostro sentit de corpore postq̃
Distractast animi natura animæqꝫ potestas.
Nil tamen est ad nos comptu (cœtu) coniugioqꝫ
Corporis atqꝫ animæ consistimus uniter apti.
Nec si materiam nostram conlegerit actas
Post obitum rursum quæ redegerit ut sita nunc est
Atqꝫ iterum nobis fuerint data lumina uitæ.
Pertimeat quicquam tamen ad nos id quoqꝫ factum
Interrupta semel cum sit repentia nostris.
Et nunc nihil ad nos de nobis attinet ante
Qui fuimus. iam de illis nos affigit angor.
Nam qum respicias immensi temporis omne
Præteritum spatium: tum motus materiai
Multimodi quam sint facile hoc ad credere possis.
Semina sæpe in eodem ut nunc sunt ordine posta.
Nec memori tamen id quimus reprehendere mente.
Inter enim iectast uitæ pausa: uageqꝫ
Deerrarunt passim motus ab sensibus omnes.
Debet enim miser est forte ægreqꝫ futurumst

Ipse quoq; esse in eo cum tempore cui male possit
Accide id. quoniam mox eximit esse prohibe inde
Illum cui possint incommoda conciliari.
Hec eadem: quibus nunc nos sumus ante fuisse
Scire licet nobis: nihil esse in morte timendum
Nec miseris fieri qui non est posse. neq; hilum
Differre: a nullo fuerit iam tempore natus.
Mortalem uitam mors qum immortalis ademit.
Proinde ubi se uideas hominem indignarier ipsum
Post mortem fore: ut aut putes corpore posto
Aut flammis inter fiat malisue ferarum
Scire licet nos in cerum sonere atq; sub esse
Cæcum aliquem cordi stimulum. quis neget ipse
Credere se quenquam sibi sensum in morte futurum.
Non ut opinor enim dat quod pmittit: & inde
Nec radi citius e uita se tollit & icit.
Sed facit esse sui quiddam super iustius ipse.
Vnius enim sibi qum proponit quisq; futurum
Corpus uti uolucres lacerent in morte feræq;
Ipse sui miser & neq; enim se diuidit illum.
Nec remouet satis a proiecto corpore: & illum
Se fingit sensuq; suo contaminat adstans:
Hinc indignatur se mortalem esse creatum.
Nec uidetur in uera nullum fore morte alium se:
Cui possit unius sibi se lugere peremptum
Stansq; iacentem lacerari utiue dolore.
Nam si in morte malumst malis morsuq; ferarum
Tractari non inuenio qui non sit acerbum
Ignibus impositum calidis terrere se cære flammis.
Aut in melle situm suffocari: atq; rigere
Frigore cum summo gelidi cubat aequore saxi.
Vrgeiue superne obrutum pondere terræ (certe)
At uiam non domus accipiet te leta neq; uxor
Oprima: nec dulces occurrent oscula nati
Percipere: & tacita pectus dulcedine tangent.
Non poteris facti florentibus esse tuisq;
Presidium misero misere aiuunt. omnia demit
Vna dies infesta tibi tot præmia uitæ.
Illud in his rebus non addunt: nec tibi earum
Iam desiderium rerum super insit: & una
Quod bene se uideant animo dictisq; sequant

Dissoluant animi magno se angore metuq;.
Tu quidem ut es leto sopitus: sic eris æui
Quod super est cundis priuatis doloribus æger
At nos horrifico cmefacti te ppe busto
Insaciabiliter deflebimus æternumq;.
Nulla dies nobis mœrorem e pectore demet.
Illud ob hoc igitur querendumst quod sic amari.
Tanto opere ad somnum si res redit atq; quietem.
Cur quisquam æterno possit tabescere luctu.
Nec etiam faciunt ubi distribuere tenentq;
Pocula sæpe homines: & inumbrant ora coronis.
Ex animo ut dicant breuis hic est fluctus homullis
Iam fuerit. neq; post unq̃ reuocare licebit.
Tanq̃ in morte mali cum primis hoc sit eorum
Quod sitis exurat miseros atq; arida torrat.
Aut alie cuius desiderium insideat rei
Nec sibi enim quisquam tum se uitamq; requiret.
Qum pariter mens & corpus sopita quiescunt.
Nam licet æternum per nos sic esse soporem
Nec desiderium nostri nos idigit ullum.
Et tamen haud quaq̃ nostros tunc illa per artus
Longe ab sensiferis primordia motibus errant
Qum correptus homo ex somno se colligit ipse
Multo igitur mortem minus ad nos esse putandumst
Si minus esse potest q̃ quod nihil esse uidemus.
Maior enim turbæ disiectus materiei
Consequitur leto nec quisquam expergitus extat.
Frigida quem semel est uitai pausa sequuta.
Deniq; si uocem rerum natura repente
Mittat & hoc alicui nostrum sic increpet ipsa.
Quid tibi tanto opere est mortalis quod nimis egris
Luctibus indulges? quid mortem congenus & fles?
Nam gratum fuit tibi uita ante acta priorq;
Et non omnia pertusum congesta quasi in uas
Commoda perfluxere atq; ingrata interiere.
Cur non ut plenus uitæ conuuia recedis.
Aequo animoq; capis securam stulte quietam.
Siue æque fluctus cumq; es periere profusa
Vitaq; moffensost cur amplius addere quæres?
Rursum quod pereat mali & ingratum accidat omne.
Nunc potius uitæ finem iacis atq; laboris

Nam tibi præterea quod machiner inueniamq;
Q uod placeat nihil est. eadem sunt omnia semper
Si tibi non annis corpus iam marret & artus
Confecti languent eadem tamen omnia restant.
Omnia si perges uiuendo uincere secla.
A tq; etiam potus si numq̄ sis moriturus.
Q uid respondemus si iustam incendere litem
Naturam & ueram uerbis exponere causam
A tq; obitum lamentetur miser amplius æquo
Non merito inclamet magis & uoce increpet acri
Aufer ab hinc lacrimas baratte & compesce querelas:
Grandior hic uero si iam seniorq; queratur
Omnia per samctus uitari premia martes.
Sed quia semper abes quod abest præsentia tēnis
Imperfecte tibi elapsast ingrataq; uita
Et nec opinanti mors ad caput astitit ante
Quam satur ac plenus possis discedere rerum.
Nunc aliena tua tamen ætate omnia uitte
A equo animo que agedum magnis concede necessest.
Inte ut opinor agat iure increpet inciletq;.
Cedit enim rerum nouitate extrusa uetustas
Semper et ex aliis aliud reparare necesse est
Nec quisquam in baratrum nec tartara deditur atra.
Materies opus est ne crescunt postera secla.
Q ue tamen omnia te uita perfuncta sequentur.
Nec minus ergo ante hec quam cecidere cadentq;.
Sic aliud ex alio nunq̄ desistet oriri.
Vitaq; mancipio nulli datur: omnibus usu.
Respice item quam nihil ad nos ante acta uetustas
Temporis æterni fuerit: quam nascimur ante.
Hoc igitur speculum nobis natura futuri
Temporis exponit post mortem deniq; nostram
Nunq̄ quid ibi horribile apparet num triste uidetur
Quiquam tam omni somno securus extat?
Q ue ad inferos ducāt ea uitæ uitia esse
A tq; animarū etiā quecunque acherunte ꝓfundo
Podita finit esse in uita sunt omnia nobis
Nec miser impendens magnum timec aere saxum
Tantalus: ut famast cassa formidine torpens
Sed magis in uita diuum metus urget inanis.
Mortales casumq; timent quem cuiq; ferat fors.

Nec tityon uolucres meunt acherunte iacentem
Nequid sub magno scrutentur pectore quicquam
Perpetuam ætatem possent reperire profecto
Qualibet immani pro ictu corporis extet.
Qui non sola nouem dispersis iugera membris
Optineat: sed qui terrai totius orbem.
Non tamen æternum poterit perferre dolorem
Nec prebere cibum proprio de corpore semper.
Sed tityus nobis hic & in amore iacentem
Quem uolucres lacerant. atq; ex est anxius angor.
Aut alia quãuis scindunt turpidine care
Si syphus in uita quoq; nobis ante oculos est.
Qui petere a populo fasces sæuasq; secures
Imbibit: & semper uictus tristisq; recedit.
Nam petere imperium quod inane est: nec datur unquã
Atq; meo semper dutum sufferre laborem:
Hoc est aduerso nixantem trudere montem
Saxum. quod tamen sumno iam uertice rursum
Voluitur. & plani raptim petit æquora campi.
Deinde animi ingratam naturam pascere semper.
Atq; explere bonis rebus saciareq; nunquã.
Quod faciũt nobis annorum tempora circum.
Quin redeunt fœtusq; ferunt uariosq; lepores.
Nec tamen explemur uitai fructibus unquã.
Hoc opinor id est actio florente puellas
Quod memorant laticem pertusum congerere in uas
Quod explere nulla ratione potestur.
Cerberus & fine iam uero & lucis egestas
Tartarus horriferos eructans faucibus æstus:
Qui neq; sunt usq̃: nec possunt esse profecto.
Sed metus in uita penarum pro male factis
Est in signibus insignis scelerisq; biela
Carcer: & horribilis de saxo iactus eorum
Verbera: carnifices robur: pix agmina tede:
Que tamen & si absunt: at mens sibi conscia factis
Præmetuens adhibet stimulos torretq; flagellis.
Nec uidet intera qui terminus esse malorum
Possit: nec qui sit pœnarum deniq; finis
Atq; eadem metuit magis hec ue in morte grauescant
Hic acherusia stultorum deniq; uita:
Hoc etiam tibi tu te interdum dicere possis.

Lumina sis oculis etiam bonus ancus reliquit
Qui melior multis q̄ tu fuit improbe rebus
Inde alii multi reges rerumq; potentes
Occiderunt magnis qui gentibus impeditarunt.
Ille quoq; ipse uiam que quondam per mare magnum.
Strauit: iterq; dedit legionibus iter per altum
Ac pedibus salsas docuit superare lucanas.
Et contusit equis insultans murmura ponti
Lumine adempto animam moribundo corpore fugit
Scipiades: belli fulmen Carthaginis horror
Ossa dedit terræ proinde ac famul infimus esset.
Adde repertores doctrinarum atq; leporum.
Adde heliconia dum comtes: quorum unus homerus
Saepera potius: eadem aliis sopitus quietest.
Deniq; democritum postq̄ natura uetustas
Admonuit memores motus languescere mentis
Sponte sua leto caput obuius obtulit ipse.
Ipse Epycurus obiit de curso lumine uitæ:
Qui genus humanum ingenio superauit & omnis
Restrinxit stellas exortus: ut aerius sol.
Tu uero dubitabis & indignabere obire
Mortua cui uita est ꝓpe iam uiuo atq; uidenti:
Qui somno partem maiorem conteris æui:
Et uigilaris stertis: nec somnia cernere cessas.
Sollicitamq; geris: cassa formidine mentem.
Nec reperire potes quid sit tibi sæpe mali: qum
Ebrius urgeris multis inferis undiq; curis.
Atq; animo inceto fluitans errore uagoris.
Si possent homines proinde ac sentire uidentur.
Pondus inesse animo quod se grauitate fatiget
Et quibus id fiat causis quoq; noscere & unde
Tanta mali tanq̄ moles tu pectore constet
Haud ira uitam agerent ut nunc plerunq; uidemus.
Quid sibi quisque uelit nescire: & querere semper
Cōmutare locum quasi onus disponere possit.
Exiit sæpe foras magnis ex edibus ille
Esse domi quem pertesum est: subitoq;
Quippe faris nihilo melius qui sentiat esse.
Currit agens in annos ad uillam precipitanter
Auxilium tectis quasi ferre ardentibus instans.
Oscitat exemplo tetigit: cum lumina uillæ.

Aut abit in somnum grauis atq; obliuia quærit.
Aut etiam properans urbem petit atq; reuisit.
Hoc se quisque modo fugit: ad quem scilicet ut fit
Effugere haud potis est: inginitius heret & adit.
Præterea morbi quia causam non tenet æger
Quam bene si uideat: iam rebus quisque relictis
Naturam primi studeat cognoscere rerum.
Aeterni temporis quoniam unius horæ
Ambigitur status in quo sit mortalibus omnis
Aetas post mortem: que resta cunque manendo.
Deniq; tanto opere indubiis trepidare periclis
Que mala nos subigit uitai tanta cupido?
Certe quidem finis uitæ mortalibus adstat
Nec deuitari lectum pote quando obeamus.
Præterea uersamur ibidem atq; in sumus usq;
Nec noua uidendo procuditur ulla uoluptas.
Sed dum obest quod habemus id exuperare uidetur.
Cætera post aliud qum contigit illud haberemus:
Et satis æqua tenet uitai semper hiantis.
Postea que in dubiost fortuna quam uehat ætas.
Quid ue referat nobis casu quiue exitus inestet?
Nec prorsum uitam ducendo demus hilum
Tempore de mortis nec deliberare ualemus.
Quid minus esse diu possimus forte perempti?
Proinde licet quod uis uiuendo condere sæcla.
Mors æterna tamen nihilo minus illa manebit.
Nec minus ille diu iam non erit ex hodierno
Lumine: qui finem uitai fecit: & ille
Mensibus atq; annis qui multis accidit ante.

Capitula precedentis libri tertii.

T.Lucreti.Cari.de rerum natura liber tertius finit.
Incipit eiusdem poetæ liber quartus.

Capitula sequentis libri quarti.

Sibi iocūdissimū eē: id qđ clarā lucē mortalib9 ostēdat. De simulachris. De imaginib9. Quā plura sint aīalia Esse item maiora animalia. De nubibus. de celeritate tractus uideri. Vltra speculum cur uideatur imago. Ex tenebris que sint in luce ea uideri. Et rursum ex luce ea que sunt in tenebris non posse uideri. Plures imagines cur fiant. De turribus. De umbra hominis & aliarum mobilium rerū. De uisu. De uero sensu qui cognoscit De falso sensu. De auditis. Corpoream esse uocem De uocis imaginib9. Qua uisus non tranet: uocem tranare De sapore. Quare alia ex aliis sint cōtraria. De odore De animi motu. Quare id quod libuerit statim cogitemus. De motu membrorum: hoc est prius oculos linguā aures esse natas: q̄ eorū usum deambulādo. De somno queādmodū fiat. De somniis De reb9 ueneréis.

Omnia pieridum perago loca: nullius ante
Trita solo: iuuat integros accedere fontis.
Atq; haurire: iuuatq; nouos decerpere flores.
Insignemq; meo capiti petere inde coronam.
Vnde prius nulli uelarint tempora musae.
Primum quod magnis doceo de rebus & arctis
Religionum animum nodis exoluere pergo.
Deinde quod obscura de re tam lucida pando
Carmina: musæo contingens cuncta lepore.
Id quoq; enim non ab nulla ratione uidetur.
Nam ueluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conamur: prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoq; liquore.
Vt puerorum aetas improuida ludificetur.
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Absinthii laticem: decepta que non capiatur.
Sed potius tali a tactu recreata ualescat.
Sic ergo nunc quoniam hæc ratio plerunq; uidetur
Tristior esse quibus tractata retroq;
Vulgus abhorret ab hac uolui tibi suaui loquenti

Carmine pierio rationem exponere nostram.
Et quasi musæo dulci contingere melle.
Si tibi forte animum tali ratione tenere
Versibus in nostris possem dum percipis omnem
Naturam rerum. ac per presentis utilitatem.
Atq; animi quoniam docui natura quid esset
Et quibus e rebus cum corpore compta uigere
Quo ue modo distracta rediret in ordia prima.

De simulachris

Nūc agere incipiā tibi quod uehemēter ad has res
Attinet: esse ea que rerum simulachra uocamus.
Que quasi membrane summo de corpore rerum
Direptæ uolitant ultro citroq; per auras.
Atq; eadem nobis uigilantibus obuia mentes
Terrificant. atq; in somnis qum sæpe figuras
Contuimur miras simulacraq; luce carentum.
Que nos horrifice languentis sæpe sepe sopore
Excierunt ne forte animas acherunte reamur
Effugere: aut umbras inter uiuos uolitare.
Ne ue aliquis nostri post mortem possit relinqui
Cum corpus simul atq; animi natura perempta
In sua discessum dederint primordia queque.
Dico igitur rerum effigies tenuisq; figuras
Mittier ab rebus summo de cortice eorum
Id licet hinc q̄uis hebeti cognoscere corde.
Sed quoniam docui cunctarum exordia rerum
Qualia sint: & q̄ uariis distantia formis
Sponte sua uolitent alterno percita motu
Quoq; modo possit res ex his quæque creari.
Nunc agere incipiam tibi quod uehementer ad has res
Attinet esse ea que rerum simulachra uocamus.
Qui quasi membranæ uel cortex nominandast.
Quod spetiem & formam similem gerit eius imago
Cuiuscunque eluet de corpore fusta uagari.
Principio quoniam mittunt in rebus apertis
Corpora res multæ partim diffusa solutae
Robora ceu fumum mittunt ignesq; uaporem
Et partim contexta magis condensq; ut olim
Cum cæteris ponunt tunicas æstate cicadæ.
Et uituli cum membranas de corpore summo
Nascentes mittunt: & item cum lubrica serpens

Exiuit iuspiis uestem: nam sæpe uidemus
Illorum spoliis uepres uolitantibus auctas:
Q ue quoniam fiunt: tenuis quoq; debet imago
Ab rebus mitti summo de corpore rerum.
Nam cur illa cadant magis ab rebus quæ recedant
Q uam que tenuia sunt: ostendit nulla potestas:
Præsertim cum sint in summis corpora rebus
Multa minuta iaci: que possint ordine eorum
Q uo fuerint: & formæ seruare figuram.
Et multo citius quanto minus indupediri
Pauca queunt: ut sint prima fronte locata.
Nam certe iacere rea ciergiri multa uidemus
Non solum ex alto penitusq;: ut diximus ante
Verum de summis ipsum quoq; sæpe colorem.
Et uulgo faciunt id lutea tusaq; uela.
Et ferrugina cum magnis intenta theatris
Per malos uulgata trabesq; trementia.
Namq; ibi concessum cauea subter & omnem
Sceualem spetiem patrum matrumq; deorumq;
Inficiunt: cogunq; sico fluitare colore.
Et quanto circum mage sunt in claustra theatri
Mœnia: tam magnis hec intus persusa lepore
Omnia corrident concepta luce diei.
Ergo lintea de summo cum corpore fucum
Mittunt effigies quoq; debent mittere tenuis.
Res quæque ex summo qum iaculentur utraeque
Sunt igitur iam formarum uestigia certa.
Q ue uulgo uolitant subtili prædita filo.
Nec singulatim possunt secreta uideri.
Præterea omnis odor fumus uapor: atq; alia res
Consimiles ideo diffusæ rebus abundant
Ex alta. quia dum ueniunt extrinsecus ortae
Scinduntur per iter flexum: nec recta uiarum
Hostia sunt: qua contendunt exire coorta.
At contra tenuis summi membrana coloris
Cum iacitur: nihil est quod eam discerpere possit
In proptum quoniam est in prima fronte locata.

De imaginibus.

Postremo speculis in aqua splendoreq; in omni
Q uecunque apparet nobis simulachra necessest
Q uando quidem simili spetie sunt prædita rerum

Ex imaginibns missis consistere eorum.
Nam cur illa cadant magis ab rebusq; recedant?
Nam que tenuia sunt ostendist nulla potestas.
Sunt igitur tenues formarum dissimiles
Effigies: singulatim quas cernere nemo
Cum possit: tamen assiduo crebroq; repulsu
Reiectare reddunt speculorum ex æquore uisum
Nec ratione alia seruari posse uidentur
Tanto opere ut similes reddantur cuiq; figuræ.
Nunc age quam tenui natura constet imago
Percipe: & in primis quoniam primordia tantum
Sunt infra nostros sensus tantoq; minora
Quam que primum oculi ceptant non posse tueri
Nunc tamen id quoq; uti conformē exordia rerum
Cunctarum quam sint subtilia percipe paucis.

Quam parua sint animalia.

Primum animalia sunt iam partim tantula eorum
Tertia pars nulla possit ratione uideri.
Harum intestinum quod uis quale esse putandumst?
Quid cordis globus? aut oculi: quid mebra quid artus
Quantula sunt? quid præterea primordia queque?
Vnde anima atq; animi constet natura necessumst
Nonne uides q̄ sint subtilia q̄q; minuta?
Præterea quecunque suo de corpore odorem
Expirant aerem: panaces: absinthia tetra
Quaꝑpter quecunque simulacrha pari ratione necessest
Immemorabile per spatium transcurrere posse
Temporis in puncto: primum qꝫ paruula causa
Est procul a tergo que prouehat atq; ꝑpellat.
Quod super est ubi tam uolucri leuitate ferantur.
Deinde quod usq; adeo textura prædita rara
Mittuntur facile ut qua uis penetrare queat res.
Et quasi permanere per aeris intetuallum.
Præterea si que penitus corpuscula rerum
Exalto que foras mittuntur: solis uti lux.
Ac uapor: hec punto cernuntur lapsa diei
Per totum cæli spatium diffundere sese.
Perq; uolare more ac terras cælumq; rigore.
Quid que sunt igitur iam prima fronte parata?
Cum iaciuntur: & emissum res nulla moratur.
Quo ue uides citius debere & longius ire?

Multiplex que loci ſpatium tranſcurrere eodem
Tempore quo ſolis peruolgant lumina cælum.
Hoc etiam in primis ſpecimen uci eſſe uidetur.
Quam celeri motu rerum ſimulachra ferantur.
Quod ſimulac primum ſub diuo ſplendor aquai
Ponitur: exemplo cælo ſtellante: ſerena
Sydera reſpondent in aqua radiantia mundi.
Iam ne uides igitur quam puncto tempore imago
Aetheris ex oris in terrarum accidit oras?
Quare etiam atq; etiam mira fateare neceſſeſt
Corpora que fereant oculos uiſumq; laceſſant
Perpetuoq; fluant certis ſub rebus odores.
Frigus ut a fluuiis: calor a ſole: aeſtus ab undis
Aequorum ex eſor meorum littora circum
Nec uariæ ceſſant uoces uolitare per auras.
Deniq; in os ſſalſi uenit humor ſæpe ſaporis.
Cum mare uerſamur ꝓpter diluta que contra
Cum tuimur miſeri abſinthia tangit amaror.
Vſq; adeo omnibus ab rebus res queque fluenter
Fertur: & in cunctas dimittitur undiq; partes.
Nec mora nec requies incerdatur ulla fluendi
Perpetuo quoniam ſentimus & omnia ſemper
Cernere odorari licet & ſentire ſonare.
Præterea quoniam manibus tractata figura
In tenebris quædam cognoſcitur eſſe eademq;.
Cernitur in luce & claro candore: neceſſeſt.
Conſimili cauſa tactum: uiſumq; moueri.
Nunc igitur ſi quadratum temptamus & id nos
Commouet in tenebris in luci quæ poterit res
Accedere ad ſpetiem quadrata niſi eius imago.
Eſſe in imaginibus: quaꝓpter cauſa uidetur
Cernendi neq; poſſe ſine his res ulla uideri.
Nunc ea que dico rerum ſimulachra feruntur
Vndeq; & in cunctas iaciuntur dedita partis.
Verum nos oculos quia ſolis cernere quimus.
Præterea ſit uti ſpetiem quo uertimus omnes
Res ubi cauſa contra feriant forma atq; colore
Et quantum queque ab nobis res abſit: imago
Efficit: ut uideamus & inter noſtere curat.
Nam qum mittitur ex templo protudit agitq;
Aera qui inter ſe cunque oculoſq; locatus

Isq; ita per nostras acies perlabitur omnes.
Et quasi perterget pupillas atq; ita transit
Res quæque: & quanto plus aeris ante agitatur
Propterea fit uti uideamus q̄ procul absit.
Et nostros oculos perterget longior aura.
Tam procul esse magis res quæque remotu uidetur.
Scilicet hec summe celeri ratione geruntur.
Quale sit ut uideamus & una quam procul absit
Illud in his rebus minime mirabile habendumst.
Cur ea que feriant oculos simulachra uideri
Singula qum nequeant res ipsæ perspiciantur.
Ventus enim quoq; paulatim qum uerberat: & qum
Particulam uenti statire & frigoris eius
At refluit frigus non primam quamq; solemus
Sed magis morsum: fieriq; perinde uidemus
Corpore tum plagas in nostro tanq̄ aliquæ res
Verberet: atq; sui det sensum corporis extra.
Præterea lapidem digito contudimus ipsum
Tangimus extremum saxi summumq; colorem.
Nec sentimus cum tactu uerum magis ipsam
Duritiem penitus saxi sentimus in alto.

Vtra speculum cur uideatur.

Nunc age cur ultra speculum uideatur imago
Percipe. nam certe penitus remota uidetur.
Quod genus illa foris quæ uere transpiciuntur
Ianua tum per se inspectum prebet apertum
Multa facit que foris ex ædibus ut uideantur.
Ipso enim duplici geminoq; fit aere uisis.
Primus enim citra postes qum cernitur aer.
Inde fores ipse dextra leuaq; sequuntur.
Post extraria lux oculos pertinget: & aer
Alter & illa foris que uere transpiciuntur.
Sic ubi se primum speculi proiecit imago
Dum uenit ad nostras acies procudit agitq;
Aera qui inter se cunquest oculosq; locatus.
Et facit ut prius habent omnem sentire queamus
Quā speculū. sed ubi in speculū quoq; sensim⁹ ipsum
Continuo a nobis in eum que fertur imago
Peruenit: & nostros oculos reiecta reuisit.
Atq; alium præ se propellens aera uoluit
Et facit ut prius hnt quam se uidemus: eoq;
Distare a speculo tantum semota uidetur.

Q uare etiam atq; etiam minime mirari par est
Illis qui reddunt speculorum ex æquore uisum
Aciebus binis quoniam res consit utraque.
Nunc ea que nobis membrorum dextera pars est
In speculis fit ut in leua uideatur: eo quod
Planitiem ad speculi ueniens qum offendit imago
Non conuertitur in colomis: sed recta retrorsum
Sic eliditur. ut si quis prius arida arida q̃ sic
Cætera persona ad ludum pilae ue trabiue
Atq; ea continuo rectam si fronte figuram.
Splendida porro oculi fugitant uitamq; tueri.
Sol etiam cecat contra si tendere pergas.
Propterea quia uis magna st ipsius: & alte
Aera per purum grauiter simulachra feruntur.
Et feriunt oculos turbantia compositur as.
Præterea splendor quicunque est acer adurit
Sæpe oculos. ideo q; semina possidet ignis
Multa dolorem oculis quæ gignitur insinuando.
Lurida præterea fiunt quecunque tuentur.
Arquati: quia luroris de corpore eorum
Semina mauult fluunt simulachris obuia rerum.
Multaq; sunt oculis in eorum deniq; mixta
Q ue contage sua palloribus omnia pingunt.

Ex tenebris que sunt in luce uideri.
Et rursum ex luce que sunt in tenebris nõ

E tenebris autem que sunt in luce tenemur.
Propterea quia qum ꝓprior caliginis aer
Ater in & oculos prior: & possedit apertos
Insequitur cadens con[illegible]m lucidus aer
Qui quasi purgat eos: & nigras discutit umbras.
Aeris illius: nam multis partibus hic est.
Mobilior multis q; minutior & magne pollens
Q ui simul atq; uias oculorum luce repleuit.
Atq; patefecit quas ante obsederat ater
Continuo rerum simulachra sequuntur.
Q uesita sunt in luce lacessuntq; ut uidemus.
Seruet & elisam tetro se se exprimat ipsa
Fiet ut ante oculos fierit qui dexter. ut idẽ
Nunc sit leuus: & e leuo fit mutua dexter.

Plures imagines cur fiant.

Fit quoq; de speculo in speculũ ut tradatur imago

Quinque etiam sex ut fieri simulachra fuerint.
Nam quecunque retro parte interiore latebit
Inde tamen q̄uis tortæ penitusq; remota
Omnia per flexos additus educta licebit.
Pluribus hec speculis uideantur in edibus esse.
Vsq; adeo speculo in speculum translucet imago
Et cum leua data est fit rursum ut dextera fiat
Inde retrorsum redit & conuertit eodem.
Quin etiam quecunque latuscula sunt speculorum
Ad simili lateris flexura prædita nostri
Dextera ea ꝓpter nobis simulachra mittunt.
Aut quia de speculo in speculum transfertur imago.
Inde ad nos elisa bis aduolat: aut etiam quod
Circum agitur qum uenit imago. ꝓpterea quod
Flexa figura docet speculi conuertier ad nos.
Indugredi porro pariter simulachra pedemq;
Ponere nobis qum credas gestumq; imitari.
Propterea quia de speculi qua parte recedas
Continuo. nequeant illic simulachra reuerti
Omnia quando quidem cogit natura referri
Ac resilire ab rebus ad æquos reddita flexus.
Quod contra facere in tenebris in luce nequimus.
Propterea quia posterior caliginis aer
Crassior insequitur: qui cuncta foramina complet.
Obsidit quia oculorum ne simulachra
Possint ullarum rerum contecta moueri.

De turribus.

Quadratasq; procul turris cum cernimus urbis
Proptea fit uti uideantur sæpe rotundæ
Angulus obtutus: quia longe cernitur omnis.
Siue etiam potius non cernitur ac perit eius
Plaga hæc ad nostras acies deriuabitur ictus.
Aera permultum: quia dum simulachra feruntur
Cogit hebestore cum crebris offessibus aer
Hec ubi suffugit sensum simul angulus omnis
Et quasi ut ad turrum saxorum structa tuentur
Non tamen ut coram que sunt uereq; retunda
Sed quasi ad umbratim paulum simulachra uidentur.

De umbra hominum & aliorū mobiliū

Vmbra uidetur item nobis in sole moueri.
Et uestigia nostra sequi gestumq; imitari.

Aera ſi credis priuatum lumine poſſe
Indugredi motus hominum geſtumq; ſequentem.
Nam nihil eſſe poteſt aliud niſi lumine caſſus
Aer id quod nos umbram phibere ſuemus.
Nimirum quia terra locis ex ordine certis
Lumine priuatur ſolis quecunque meantes
Officimus repletur item quod liquimus eius.
Propterea fit uti uideatur quæ fuit umbra
Corporis e regione eadem nos uſq; ſecuta.
Semper enim noua ſe radiorum lumina fundunt:
Primaq; diſpereunt quaſi imaginem lana trahatur.
Propterea facile ut ſpoliatur lumine terra.
Et repletur item nigraſq; ſibi abluit umbras.
Nec tamen hoc oculos falli concedimus hilum.
Nam quocunque loco ſit lux atq; umbra: tueri
Illorum eſt eadem uero ſine lumine: nec ue
Vmbra queque fuit hic eadem nunc tranſeat illuc:
An potius fiat paulo quod diximus ante.
Hoc animi demum ratio diſcernere debet.
Nec poſſunt oculi naturam noſcere rerum.
Proinde animi uitium hoc oculis effingere noli.

De uiſu

Q ua uehumur naui fertur cum ſtare uidetur.
Hec manet in ſtatione ea præter creditur ire
Et fugere ad puppim colles campiq; uidentur.
Q uos agimus pneter nauem uelisq; uolamus
Sidera ceſſare: æthereis affixa cauernis
Cuncta uidentur: & aſſiduo ſunt omnia motu.
Q uando quidem longos obitus exorta reniſcuit
Cum per menſa ſuo ſunt cælum corpore claro.
Solq; pari ratione moueri & luna uidetur
In ſtatione eo que ferri res iudicat ipſa.
Ex tantiſq; procul medio de gurgite montis
Claſſibus inter quos liber patet exitus. ingens
Inſula: coniunctis tamen ex his una uidetur
A tria uerſari & circum curſare columnæ
Vſq; adeo fit uti pueris uideantur: ubi ipſi
Diſierunt uerti: uix ut iam credere poſſint
Non ſupra ſe ſtruere omnia tecta minari.
Iamq; rubrum tremulis iubar ignibus erigere alte
Cum ceptat natura: ſupraq; extollere montes.

Quos ubi qum supra sol montis esse uidetur
Communis ipse suo contingens feruidus igni.
Vix absunt nobis missus bis mille sagittæ.
Vix etiam cursus quingentos sæpe ueruti
Inter eos solemq; iacent immania ponti
Aequora: sub strata aethereis ingentibus oris.
Interiecta q; sunt terrarum milia multa.
Que uariæ retinent gentes & secla ferarum
At commictus aquæ digitus non altior unum
Qui lapides inter sistit: per strata uiarum
Despectum prebet sub terras impete tanto
A terris quantum cæli patet altus hiatus.
Nubila despicere & cælum uideare uidere
Corpora miranda sub terras abdita cælo
Deniq; ubi medio nobis equus acer adhesit
Flumine: & in rapidas amnis despeximus undas
Stãtis equi corpus transuersum ferre uidetur.
Vis & in aduersum flumen contrudere raptum.
Et quocunque oculos traiecimus omnia ferri
Et fluere ac simili nobis ratione uidentur.
Porticus equali q̃uis est deniq; dictu
Stansq; imperpetuum paribus suffulta columnis.
Longa tamen parte ab summa cum tota uidetur.
Paulatim trahit angusti fastigia coni
Tecta solo ingens atq; omnia dextera leuis
Donec in obscurum coni conduxit cacumen.
In pelago nautis ex undis & ortus in undis
Sol fit uti uideatur obire & contendere lumen.
Quippe ubi nihil aliud nisi aquam cælumq; tuentur.
Ne leuiter credas labefactari undiq; sensus.
At maris ignaris in portu clauda uidentur
Nauigia a plustris factas obnities undas
Nam quecunque supra rorem salis edita pars est
Remorum tecta est: & recta superna guberna
Que diuersa liquore obeunt refacta uidentur
Omnia conuerti: sursum que supina reuerti.
Et flexa prope in summo flauitare liquore.
Nam que per cælum qum uenti nubila portant.
Tempore nocturno qum splendida signa uidentur.
Lauier aduersum nymbos. at quære supernæ.
Longe aliam in partem aquæ rat ione feruntur.

At se forte oculo manus uni subdita subiter
Pressit cum quodam sensu fit: ut uideantur
Omnia que tuimur fieri tum bina tuendo
Bina lucernarum florentia lumina flammis.
Binaq; per totas aedis geminare supellex
Et duplicis hominum facies: & corpora bina.
Deniq; cum suaui deuinxit membra sopore
Somnus: & in summa corpus iacet omne quiete
Tum uigilare tamen & membra mouere
Nostra uidentur: ut in noctis caligine cæca
Cernere censemus solem lumenq; diuinum.
Conclusoq; loco: cælum: mare: flumina: montes
Mutare: & campos pedibus transire uidemus.
Et sonitus audire: seuera silentia montis.
Vndiq; qum constent & reddere dicta tacentes.
Cætera de genere hoc miranda multa uidemus.
Que uiolare fidem quasi sensibus omnia quærunt.
Ne quicquam. quin pars horum maxima fallit
Propter opinatus animi: quos addimus ipsi
Prouisis: ut sint que non sunt sensibus uisa.
Nam nihil egregius est q̃ res cernere apertas
Ab dubiis animis quas ab se protinus addit.
Deniq; nil scire si quis putat. id quoq; nescit
An sciri possit que se nihil scire fatetur.
Nunc igitur contra mutuam contendere causam
Qui capite ipse suo instatuit uestigia rese.
Et tamen hoc quoq; uti concedam scire: at id ipsum
Quæram qum in rebus ueri nihil uiderit ante
Vnde sciat quid sit scire & nescire uicissim.

De uero sensu qua re cognoscatur

Notitiam ueri quæ res falsiq; crearit
Et dubium certo quæ res differre probarit?
Inuenies primis ab sensibus esse creatam
Notitiam ueri: neq; sensu posse refelli.
Nam maiore fide debet reperirier illud
Sponte sua ueris quod possit uincere falsa.
Quid maiore fide porro q̃ sensus haberi
Debet? an ab sensu falso ratio quoq; orta ualebit?
Dicere eos contra quæ tota ab sensus orta est?
Qui nisi sunt ueri ratio quoq; falsa fit omnis.
An poterint oculos aures reprehendere: an aures

Tactus. an hunc porro tactum sapor arguet oris?
An confutabunt nares oculi quoq; uincent?
Non ut opinor ita est. nam seorsum cuique potestas
Diuisa est. sua uis cuique est. ideoq; necessest
Et q molle sit & gelidum: feruensue uideri.
Et seorsum uarios rerum sentire colores.
Et quecunque coloribus sint coniuncta necesse est.
Seorsum item sapor oris habet uim. seorsus odores
Nascuntur. seorsum sonitus. ideoq; necesse est.
Non possunt alios alii conuince sensus.
Nec porro poterunt ipsi reprehendere sese.
Aeque fides qum debebit semper haberi.
Proinde quod in quoque est his uisum tēpore uerū est.
Et si non poterit ratio dissoluere causam.
Cur ea que fuerint uistim quadrata procul sint
Vasa rotunda tamen. præstat rationis egentem
Reddere mendose causam utriusque figuræ.
Quam manibus in festa suis emittere quoquam.
Et uiolare fidem primam: & conuellere tota
Fundamenta quibus nixatur uita salusq;.
Non modo enim ratio ruat. omnis uita quoq; ipsa
Concidat ex templo nisi credere sensibus ausis.
Precipitiq; locos uitare: & cætera que sint
Illa. tibi est igitur uerborum copia cassa.

De falso sensu

Deniq; ut in fabrica si prauast regula prima.
Normaq; fallax rectis regionibus exit.
Et libella aliqua se ex parti claudicat hilum
Omnia mendose fieri atq; obstipa necessumst
Parua cubantia prona supina atq; obsona tecta
Iam ruere: ut quedam uideantur uelle: ruantq;
Prodita iuditiis fallacibus omnia primis.
Sic igitur ratio tibi rerum praua necessest
Falsaq; sit falsis quæcunque ab sensibus ortast.
Nunc alii sensus pro pacto quisque suam rem
Sentiat. haud quaq̄ ratio stuposa relicta est.

De auditis

Principio auditur sonus & uox omnis in auris:
Insinuata suo pepulere ubi corpore sensum.

Corpoream esse uocem

Corporeā quoq; enim uocē constare fatendumst.

Et sonitum qum possint implere sensus
Præter radit uox fauces sæpe facitq;
Asperiora foris gradiens arteria clamor
Quippe per angustum turba maiore coarta
Ire foras ubi cæperunt primordia uocum.
Scilicet expletis quoq; ianua redditur oris.
Haud igitur dubium: quin uoces uerbaq; constent
Corporeis e principiis: ut ledere possint.
Nec te fallit item quod corporis auferat & quid
Detrahat ex hominum neruis: ac uiribus ipsis
Perpetuus sermo nigrai noctis ad umbram
Aurore perductus ab ex oriente nitore.
Presertim si cum sommost clamore profusus.
Ergo corpoream uocem constare necessest.
Muta loquens qum amittit de corpore partem.
Nec simili penetrant auris primordia forma
Cum tuba depresso grauiter sub murmura mugit
Et reuersa tantum retro citra barbara bombum
Et ualidis nece tortis ex helyconis
Cum liquidam tollunt ligubri uoce quærelam.
Hasce igitur penitus uoces cum corpore nostro
Exprimamus: rectoq; foras emittimus ore.
Nobilis articulat neruorum dædala lingua.
Formatur aquæ labrorum pro parte figurat.
Asperitas autem uocis fit ab asperitate
Principiorum: & item leuo leture creatur
Hoc ubi non longum spatiumst: unde illa profecta
Perueniat uox que necessest uerba quoq; ipsa
Plane exaudiri discerniq; articulatim.
Seruat enim formaturam: seruatq; figuram.
At si interpositum spatium fit longius æquo.
Aera per multum confundi uerba necessest.
Et conturbari uocem dum transuolat auras.
Ergo fit sonitum ut possis sentire. neq; illam
Internoscere uerborum sententia quæ sit.
Vsq; adeo confusa uenit uox inq; pedita.
Præterea peditum sæpe unum porciet auris
Omnibus in populo missum præconis ab ore.
In multas igitur uoces uox una repente
Diffugit in priuas: dum fecli uidit auris
Ob signans formam uerbis clarumq; sonorem giii

Atq; pars uocum non auris incidit ipsas.
Præter lata perit frustra diffusa per auras
Pars solidis ad lisa lapsis reiecta sonorem
Reddit. & interdum frustratur imagine uerbi.

De uocibus imaginibus

Q ue bone qum uideas rationem reddere
Tu te tibi atq; aliis quo pacto per loca sola
Saxa paris formas uerborum ex ordine reddant
Palantis comites qum montes inter opacos
Q uerimus: & magna dispersos uoce ciemus.
Sex etiam aut septem loca uidi reddere uoces.
Vnam cum iaceres ita colles collibus ipsis
Verba propulsantes iterabant dicta referri.
Hec loca capripedes satyros nymphasq; teneq;
Finitimi fingunt & faunos esse loquuntur.
Q uorum noctiuago strepitu ludoq; iocanti
Affirmant uulgo taciturna silentia rumpi.
Cordarumq; sonos fieri dulcesq; quæreias.
Tibi quas fundit digitis pulsata canentum.
Et genus agricolum late sentiscere cũ pan
Pinea semiferi capitis uelamina quassans
Vnco sæpe labro calamos percurrit hiantis.
Fistula siluestrem ne cesset fundere musam.
Potere de genere hoc monstra hac portenta loquuntur
Nec loca deserta de diuis quoq; forte putentur.
Sola tenere ideo iactant miracula dictis.
Aut aliqua ratione alia ducutur. ut omne
Humanum genus est auidum nimis amicula ramus.

Q ua uisus non tranet. uocem tranare.

Q uod super est non est mirandum qua ratione
Per loca quas nequeunt oculi res cernere apertas.
Hec loca per uoces ueniant aurisq; lacessant.
Conloquium clausis foribus quoq; sæpe uidemus.
Nimirum quia uox perflexa foramina rerum
In colomis transire potest simulachra remittant.
Perscinduntur enim nisi recta foramina tranant.
Q ualia sunt uitrei speties qua tranolat omnis.
Præterea partis in cunctis diuiditur uox
Ex aliis aliæ quoniam gignuntur. ubi nam
Dissoluit se mel in multis ex orta quasi ignis
Sæpe solet scintilla suos se spargere in ignis.

Ergo replentur loca uocibus abdita retro
Omnia que circum fuerunt sonituq; cientur
At simulachra uiis directis omnia tendunt.
Vt sunt missa semel qua ,ppter cernere nemo
Sæpe supra potis est. at uoces accipere extra.
Et tamen ipsa quoq; hec dum transit clausa
Vox obtunditur: atq; auris confusa penetrat.
Et sonitum potius q̃ uerba audire uidemur.

De sapore

Hoc qui sentimus sucum lingua atq; palatum
Plusculum habent in rationis plus opereq;
Principio sucum sentimus in ore cibum cum
Mandendo exprimimus ceu plenam spongiam aquai
Si quis forte manu preme ac siccare cæpit
Inde quod exprimimus per caulas omne palati
Diditur. & rarae perplexa foramina linguæ.
Hec ubi leuia sunt. manantes corpora suci
Suauiter attingunt & suauiter omnia tractant.
Humidai lingue circum sudantia templa
At contra pingunt sensum lacerantq; coorta.
Quanto queque magis sunt asperitate repleta.
Deinde uoluptas est e suco fine palati
Cum ucre deorsum per fauces precipitauit
Nulla uoluptas est dum diditur omnis in artus
Nec refert quiquam quo uictu corpus alatur
Dum modo quod capias concoctum didere possis
Artubus & stomachi umidum seruare tenorem.

Quare alia aliis contraria sint

Nunc aliis alius qui sit cibus ut uideamus
Expedeam. quare ue aliis quod triste & amarũ est
Hoc tamen esse aliis possit perdulce uideri.
Tantaq; his rebus distantia differentasq; est.
Vt quod aliis cibus est: aliis fuat acre uenenum.
Et itaq; ut serpens homines que tacta saluus
Desperit ac sese mandendo conficit ipsa.
Præterea nobis ueretrum est aere uenenum.
Ac cai capris adipes & coturnicibus auget.
Id quibus ut fiat rebus cognoscere possis.
Principio meminisse decet que diximus ante.
Semina multimodis in rebus mixta tenere.
Porro omnes quecũque cibũ capiũt animãtes
Vt sunt dissimiles extrinsecus & generatim

Extima membrorum circum cesura coercet
Proinde & seminibus constant uariantq; figura.
Semina qum porro distent differre necesseſt
Interualla uiasq; foramina que phibemus
Omnibus in membris & in ore ipso q; palato.
Esse minora igitur quedam maioq; debent.
Esse triquatria aliis quadrata necesseſt
Multa rotunda modis multis multangula quedam.
Namq; figurarum ratio ut motusq; reposcunt.
Proinde foraminibus debent differre figuræ.
Et uariare uiæ proinde attextura cohercet.
Hoc ubi quod suaue est aliis: aliis fit amarum.
Illi cui suaue est leuissima corpore debent
Contractabiliter caulas nitrare palati.
At contra quibus est eadem re natus acerba
Asper animorum penetrant hamataq; fauces.
Nunc facile est ex his rebus cognoscere queque.
Quippe ubi cui febris bili superante coorta est.
Aut alia ratione aliqua uis excita morbi
Perturbatur ibi iam totum corpus: & omnes
Commutentur ibi posituræ principiorum
Fit prius ad sensum que corpora conueniebant
Nunc non conueniant. & cætera sint magis apta
Que penetrata queunt sensum propignere acerbum
Vtraq; enim sunt in mellis commixta sapore.
Id quod non superat ibi sæpe ostendimus ante.

De odore

Nunc age quo pacto nares adiectus odore
Tangat agam. primum res multas esse necesseſt
Vnde fluens uoluat uarius se fluctus odorum
Et fluere & mitti uolgo spergi putandumſt.
Verum aliis alius & magis est animantibus aptus.
Dissimilis propter formas ideoq; q; per auras.
Mellis apes quamuis longe ducuntur odore.
Volturiq; cadaueribus. tum fissa ferarum
Vngula quo tulerit gressum promissa canum uis
Ducit & humanum longe presentit odorem.
Romulidarum arcis seruatur candidus anser.
Sic aliis alius nidor natus ad sua quenque
Pabula ducit: & a tetro silire ueneno
Cogit. eoq; modo seruantur secla ferarum.
Hic odor ipse igitur naris quicunque lacessit.

Est alio ut possit permitti longius alter.
Sed tamen haud quiq̃ tam longe fertur eorum
Quam sonitus quam uox. mitto iam dicere quam res
Que ferunt oculorum acies uisumq; lacessunt.
Errabundus enim tarde uenit. ac perit ante
Paulatim facilis distractus in aeris auras.
Ex alto primum: quia uix emittitur ex se.
Nam penitus fluere atq; precedere rebus odore
Significat quod fracta magis redolere uiolenter.
Omnia. quod contrita. quod igni conlabefacta.
Deinde uidere licet maioribus creatam
Principiis q̃ uox quãq̃ per saxea septa
Non penetrat. quo uox uulgo sonitusq; feruntur.
Quare etiam quod olet non tam facile esse uidebis
Inuestigare in qua sit regione locatum.
Refrigescit enim cunctando plaga per auras.
Nec calida ad sensus decurrunt nuncia rerum.
Errant sæpe canes itaq; & uestigia quærunt
Nec tamen hoc solis in odoribus atq; saporum
In generu est sed item speties rerum atq; colores
Non ita conueniunt ad sensus omnibus omnes.
Vt non sint aliis quedam magis acria uisu.
Quin etiam gallum nodem explandentibus alis
Auroram clara consuetum uoce uocare.
Nec nequeunt rapidi contra constare leones.
Inq; tueri. ita continuo meminere fugai
Nimirum: quia sunt gallorum in corpore quedam
Semina que cum sunt oculis in missa leonum
Pupillas interfodiunt: acremq; dolorem
Prebent ut nequeant contra durare feroces.
Cum tamen hec nostras acies nihil ledere possint.
Aut quia non penetrant: aut quod penetrantibus illis
Exitus ex oculis liber datur in remeando
Ledere ne possint ex ulla lumina parte.

De animi motu

Nunc age que moueant animũ res accipe. & unde
Que ueniũt ueniãt in mentem. percipe paucis
Principio hoc dico rerum simulachra uagari
Multa modis multis in cunctas undiq; partis.
Tenuia que facile inter se uiguntur in auris.
Obuia cum ueniunt: ut aranea bracteaq; auri.

Q uippe & enim multo magis hec ſunt tenuia textu
Q uam que percipiunt oculis uiſumq; laceſſunt
Corporis. hec quoniam penetrant per aera cientq;
Tenuem animi naturam intus ſenſumq; laceſſunt.
Centauroſitaq; & ſcyllarum membra uidemus
Cerbereaſq; canum facies ſimulacraq; eorum
Q uorum morte obita tellus amplectitur oſſa.
Omnigenum quoniam paſſim ſimulachra feruntur.
Partim ſponte ſua que fluunt aere in ipſo.
Partimq; uariis ab rebus cunque recedunt.
Et quo conficiunt ex horam facta figure.
Nam certe ex uiuo centauri non fit imago.
Nulla fuit enim talis natura animai.
Verum ubi equi atq; hominis caſu conuenit imago
Hacreſcit facile ex templo quod diximus ante
Propter ſubtilem naturam & tenuia texta
Cæteri de genere hoc eadem ratione creantur
Q ue cum mobiliter ſumma leuitate feruntur
Vt prius oſtendi facile uno commouet ictu.
Q uelibet una animum nobis ſubtilis imagis
Tenuis enim mens eſt: & mite mobilis ipſa
Hec fieri ut memoro facile hinc cognoſcere poſſis.
Q uatinus hoc ſimileſt illi quod mente uidemus
Atq; oculis ſimili fieri ratione neceſſeſt.
Nunc igitur docui cum me forte leonum
Cernere per ſimulachra oculos quecunque laceſſunt.
Scire licet mentem ſimili ratione moueri.
Per ſimulachra leonum cætera que uidet æque.
Nec minus atq; oculi: niſi quod tenuia cernit
Nec ratione alia qum ſomnus membra profudit
Mens animi uigilat niſi q; ſimulachra laceſſunt
Hec eadem noſtros animos que cum uigilamus
Vſq; adeo certe ut uideamur cernere tumq;
Reddita uita iam mors & terra potitaſt
Hoc ideo cogit natura: quod omnes
Corporis effecti ſenſus per membra quieſcunt
Nec poſſint falſum ueris conuincere rebus.
Præterea meminiſſe iacet: languetq; ſapore.
Nec diſſentit cum mortis letiq; potitum
Iam pridem quem mens uiuum ſe cernere credit
Q uod ſuper eſt non eſt mirum ſimulachra moueri

Brachiaq; in numerum iactare cætera membra.
Iam fit ut in somnis fricere hoc uideatur imago
Quippe ubi prima parit alioq; est altera nata
Inde statu prior hic gestum mutasse uidetur.
Scilicet id fieri celeri ratione putandumst.
Tanta est mobilitas & rerum copia tanta.
Tantaq; sensibili quouis est tempore in uno
Copia particularum ut possit suppeditare
Multaq; in his rebus queruntur. multaq; nobis
Clarandum est plane si res exponere habemus.

Quare quod libuerit statim cogitemus

Queritur in primis quare quod cuiq; libido
Venerit ex templo mens cogitet eius in ipsum.
An ne uoluntatem nostram simulachra tuentur?
Et simulac uolumus nobis occurrit imago.
Si mare si terram cordist si deniq; cælum
Conuentus hominum: pompam conuiuia pugnas
Omnia sub uerbo ne creat natura paratq;.
Cum presertim aliis eadem in regione locoq;
Longe dissimilis animus res cogitat omnis.
Quid porro in numerum procedere qum simulachra
Cernimus in somnis & mollia membra mouere.
Mollia mobiliter cum alternis brachia mittunt.
Et repetunt oculis gestum pede conuenienti
Scilicet arte ualent simulachra & docta uagantur.
Nocturno facere ut possent in tempore ludos.
An magis illuderit uerum quia tempore in uno
Consentimus. id est qum uox emittitur una
Tempora multa latent ratio quæ compit esse.
Propterea fit uti quouis in temporequeque
Præsto in simulachra locos in quisque parata
Tanta mobilitas stet rerum copia tanta
Hæc ubi prima perit alio que altera nata.
Inde statu prior hic gestum imitasse uidetur.
Et quia tenuia sunt nisi que contendit acute
Cernere non potis est animus proinde omnia que sunt.
Præterea pereunt nisi que ex se ipse parauit
Ipse parat sese porro: speratq; futuram
Vt uideat quod consequitur rem quamque. fit ergo
Nonne uides oculos etiam cum tenua que sunt
Prætetea pereunt nisi que se ipse parauit.

Cernere ceperunt contendere se atq; parare
Nec sine eo fieri posse ut cernamus acute
Et tamen in rebus quoq; apertis noscere possis
Si non aduertas animum proinde esse quasi omni
Tempore semotum fuerit: longeq; remotum.
Cur igitur mirum est animus si cætera perdit.
Præterea q̃ quibus est in rebus deditus ipse
Deinde adopinamur de signis maxima paruis.
Ac nos in fraudem induimus frustra minus ipsi.
Fit quoq; ut interdum nos suppeditetur imago
Eiusdem generis sed fœmina que fuit ante
In manibus uir tun factus uideatur adesse.
Aut alia ex alia facies ætasq; sequatur.
Illud in his rebus uitium uehementer inesse
Effugere errore multare multare que præmetuentur
Lumina ne facias oculorum clara creata.
Prospicere ut possimus & uc proferre uiai.
Quod ue miremur sopor atq; obliuia curant.
Proceros passus. ideo uestigia posse
Surarum ac feminum pedibus fundata plicari.
Brachia cum porro ualidis ex apta lacertis
Esse manusq; datasq; utraq; parte ministras
Vt facere ad uitam possemus que foret usus
Cætera de genere hoc inter quecunque precantur
Omnia peruersa prepostera sunt ratione.
Nihil ideo cum natum est in corpore ut uti
Possemus: sed quod natum est id procreatum.
Prius oculos linguam aures esse
nata: q̃ eorum usum
Nec fuit ante uidere oculorum lumina nata.
Nec dictis orare prius q̃ lingua creta st.
Sed potius longe linguæ precessit origo
Sermonem multo q̃ creatæ sunt prius aures.
Quam sonus est auditus. & omnia deniq; membra
Ante fuero ut opinor eorum q̃ foret usus.
Haud igitur potuere utendi crescere causa
At contra conferre manu certamina pugnae
Et lacerare artus fœdareq; membra cruore
Ante fuit multo quam lucida tela uolarent.
Et uulnus uitare prius natura coegit
Quam dare obiectum parmai leua per artem.

Scilicet & fessum corpus mandare quieti
Multo antiquus est q̄ lecti mollia strata.
Et sedare sitim prius est q̄ pocula natum.
Hec igitur possunt utendi cognita causa
Credere. ex usu. que sunt uitaq; reperta.
Illa quidem seorsum sunt omnia: que prius ipsa
Nata dedere suae post notitiam utilitatis.
Quo genere in primis sensus & membra uidemus
Que etiam atq; etiam procul est ut credere possis
Vtilitatis ob officium potuisse creari.
Illud item non est mirandum corporis ipsa
Quod natura cibum querit: cuiusque animantis.
Quippe & enim fluere atq; recedere corpora rebus
Multa modis multis docui. sed plurima debent
Ex animalibus: quia sunt exercita motu.
Multa que per sudorem ex alto pressā feruntur.
Multa per eos exhalantur qum languida anhelant.
His igitur rebus rarescit corpus. & omnis
Subruitur natura dolor quam sequitur rem.
Propterea capitur cibus ut suffulciat artus
Et recreet uires inter datus atq; parentem
Per membra ac uenas ut amorem ob diuertendi.
Humor item discedit in omnia que loca cunque
Poscunt humorem glomerata q; multa uaporis
Corpora que stomacho prebent incendia nostro.
Dissipat adueniens liquor: ac restringat ut ignem
Vrere ne possit calor amplius aridus artus
Sic igitur tibi anhela sitis de copore nostro
Abluitur: sic expletur ieiunia cupido.

De motu membrorū: hoc est deambulādo.

Nunc qui flat uti passus proferre queamus
Cum uolumus uarieq; datū sit membra mouere.
Aeque res tantum hoc oneris protendere nostri
Corporis insuerit dicam tu percipe dicta
Dico animo nostro primum simulachra meandi
Accedere: atq; animum pulsare ut diximus ante
Inde uoluntas fit neq; enim facere incipit illam
Rem quis quam mens prouidit quod uelit ante
Id duod prouidet illius rei constare imago.
Ergo animus cum sese ita commouet: ut uelit ire
Inq; grediferit ex temploq; in corpore toto

Per membra atq; artus animai dissica uis est.
Et facile est factum quam coniuncta tenetur
Inde ea proporro corpus perit. atq; ita tota
Paulatim moles protruditur atq; mouetur.
Præterea qum rarescit quoq; corpus & aer
Scilicet ut debet qui semper mobilis extat
Per patefacta uenit penetratq; foramina largus.
Ec dispargitnr ad partis ita quasquæ minutas.
Corporis hic igitur rebus fit utrinque duabus
Corporis ut hac nanis uelis uentoq; feratur.
Nec tamen illud in his rebus mirabile constat.
Tantula quod tantum corpus corpuscula possunt.
Contorquere: & onus totum conuertere nostrum:
Quippe & enim uentus subtili corpore tenuis
Trudita gens magnam magno uolumine nauem.
Et manus una gerit quanto uis impete euntem
Atq; gubernandum contorquet quolibet unum
Multaq; per trocleas & tympana pondere magno
Commouet. atq; leui sustollit machina uisu.

De somno quemadmodum fiat

Nun quib9 ille modis somnus per mēbra quieteē
Irriget: animi curai se pectore soluat
Suaui dicis potius quam multis uersibus edam
Paruus ut est cygni melior canor ille gruum q̄
Clamor in ætheris dispersus nubibus austri.
Tu mihi da tenuis aures animamq; sagacem.
Ne fieri negites que dicam posse retorque
Verare pulsanti discedas pectore dicta
Tu timet in culpa qum sis ne cernere possis
Principio somnus fit ubi est distracta per artus
Vis animæ partimq; foras eiecta recessit.
Et partim contrusa magis cōcessit in altum
Dissoluuntur enim dum demum membra fluuntq;
Nam dubium non est animai quin opera sit.
Sensus hic in nobis quem qum sopor impedit esse
Tum nobis animam perturbatam esse putandumst
Eiectamq; foras non omnem. namq; iaceret
Aeterno corpus persusum frigore læti
Quippe ubi nullla latens animai pars remaneret
In membris cinere ut multa latet obrutus ignis.
Vnde reconflari sensus per membra repente

Possit: ut ex igni tacto consurgere flamma.
Sed quibus hoc rebus nouitas conflatur & unde
Perturbari anima & corpus languescere possit
Expediam: tu fac ne uentis uerba profundam
Principo æterna corpus de parte necessum est
Aeriis quoniam uicinum tangitur auris
Tundier atq; eius crebro pulsarier ictu.
Propterea quo fore res omnes aut corio sunt
Aut etiam conclusa ut gallo aut cortice tactæ
Interiorem etiam partem spirantibus aer
Verberat. hic idem qum ducitur atq; reflatur.
Q uare utrinque secus qum corpus uapulet & qum
Perueniant plage per parua foramina nobis
Corporis ad primas partis elementaq; prima
Fit quasi paulatim nobis per membra ruina.
Conturbantur enim posituræ principiorum
Corporis atq; animi sicut pars inde animai
Eliciatur & introrsum pars abdita cedat.
Pars etiam distracta per artus non querit esse
Coniuncta inter se neq; motu mittua fungi
Inter enim sæpe & coctus natura natura uiasq;
Ergo sensus abit mutatis motibus altæ.
Et quoniam non est quasi quod suffulciat artus
Debile fit corpus: languescunt omnia membra:
Brachia palpebræq; cadunt poplitesq; cubanti.
Sæpe tamen submittuntur uitesq; resoluunt.
Deinde cibum sequitur somnus. quia sæpe facit aer
Hec eadem cibus in uenas dum diditur omnis
Efficit: & multo sopor ille grauissimus extat.
Q uem satur aut lassus capias qui plurima tun se
Corpora conturbant magno contusa labore.
Fit ratione eadem coniectus parte animai.
Altior atq; foras eiectus largior eius
Et diuisior inter ac distractior intus.

De somnio

Et quo quisque fere studio defunctus adheret.
Aut quibus in rebus multum sumus ante morati
Atq; in ea ratione fuit contenta magis mens
In somnis eadem plerunq; uidemur obire.
Causidici causas agere: & componere leges.
Induperatores pugnare ac prelia obire.

Naute contractum cum uentis degere uellum
Nos agere hoc autem & naturam querere rerum
Semper: & inuentam patriis exponere chartis.
Cætera sic studia: atq; arces plerunq; uidentur
In somnis animos hominum frustrata tenere
Et quicunque dies multas ex ordine ludis
Assiduas dederint operas plerunq; uidemus
Cum iam destiterint: ea sensibus usurpare.
Reliquas tamen esse uias in mente patentis
Qua possint eadem rebus simulachra uenire.
Per multos itaq; illa dies eadem obseruantur.
Ante oculos etiam uigilantes ut uideantur
Cernere saltantis & mollia membra mouentis
Ec cythare liquidum carmen chordasq; loquentis
Auribus accipere & consensum cernere eundem
Scenentq; simul uarios splendere decores
Vsq; adeo magni referunt studium atq; uoluntas.
Et quibus in rebus consuerint esse operati.
Non homines solum: sed uero animalia cuncta.
Quippe uidebis equos fortis qum membra iacebunt
In somnis suadere tamen spirareq; semper
Et quasi de palmis summas contendere uiris.
Aut quasi carceribus patefactis sæpe quiete
Lactant crura tamen subito uocisq; repente
Mittunt & crebro reducunt naribus auras.
Et uestigia si teneant iuuenta ferarum
Expergefactiq; sequuntur inania sæpe.
Coruorum simulata fuga quas iddita cernant:
Donec discussis reddeant terroribus ad se.
At consueta domi catulorum blanda propago
Discutere & corpus de terra corripere: instant.
Venatumq; canes in molli sæpe quiete
Iactant crura tamen subito uocisq; repente
Mittunt & crebro reducunt naribus auras.
Vt uestigia si teneant iuuenta ferarum
Expergefactiq; sequuntur inania sæpe
Proinde quasi ignotas facies atq; ora tuantur.
Et quo quenque magis sunt aspera semiuiorum
Tam magis in somnis eadem se iure necessest.
At uariæ fugiunt uolucres pinnisq; repente
Sollicitant diuum nocturno tempore lucos.

Accipitres somno in leui si prælia pugnas
Edere sunt persectantes uis æque uolantes.
Porro hominum montes magnisq; montibus ædunt.
Magna itidem sæpe in somnis faciuntq; geruntq;.
Reges expugnant: capiun tur prælia miscent
Tollunt clamore quasi si iugulentur ibidem.
Multi depugnant gemitusq; doloribus ædunt.
Et quasi pantherae morsu seui ire leon is
Mandant: magnis clamoribus omnia complent.
Multi de magnis per somnum rebus loquuntur
Iudicioq; sui facti per sæpe fuere.
Multi mortem obeunt multi de montibus altis
Vt quasi precipitent ad terram corpore toto.
Exterruntur & ex somno quasi mentibus capti
Vix ad se redeunt pro moti corporis æstu.
Flumen item sitiens aut fontem propter amænum
Assidet. & totum prope faucibus occupat amnem.
Puri sæpe lacum propter se ac dolia curta
Somno deuincti credunt se extollere uestem
Totius humorem sacratum corporis fundant
Cum Babilonica magnifico splendore rigantur.

De rebus uenereis

Tum quibus ætatis freta primitus insinuantur
Semen ubi ipsa dies membris matura creauit
Conueniunt simulachra fores e corpore queque
Nuncia preclari uoltus pulchriq; coloris.
Q ue ciet iritans loca turgida semine multo.
Et quasi transactis sæpe omnibus rebus ꝓfundant
Fluminis ingentis fluctus uestemq; cruentet.
Solicitatur idem nobis quod diximus ante.
Semen & uita ætas cum primum roborat artus.
Namq; alias aliud res commouet atq; lacessit.
Ex homine humanum semen ciet una hominis uis.
Q uod simul atq; suis erectum sedibus exit.
Per membra atq; artus decedit corpote toto
In loca conueniens neruorum certa cietq;
Continuo partis genitalis corporis ipsas
Iritata tumant loca semine. fitq; uoluntas
Eiicere id: quo se contendit dira libido.
Incitat iritans loca turgida semine multo.
Id q; petit corpus: mens unde est saucia amore. h

Namq; omnes plerunq; cadunt in uulnus & illam
Emicat in partem sanguis: unde icimur ictu.
Et si communis est ostem ruber occupat humor.
Sic igitur ueneris qui telis accipit ictis
Siue puer membris muliebribus hunc iaculatur
Seu mulier toto iactans e corpore amorem
Vnde feritur eo tendit: gestitq; choire
Et iacere humorem in corpus e corpore eductum.
Namq; uoluptatem præsagit muta cupido.
Hæc uenus est nobis: hinc autem st nomen amoris.
Hinc illata primum ueneris dulcedinis in cor
Stillauit gutta: & successit frigida cura.
Nam st quod ames præsto simulachra tamen sunt
Illius & nomen dulce obseruatur ad auris.
Sed fugitare decet simulachra: & pabula amoris.
Abstertere sibi: atq; alio conuertere mentem.
Et iacere humorem coniectum in corpora queque.
Nec retinere semel conuersum unius amore
Et seruare sibi curam certamq; dolorem.
Vlcus enim uiuescit & inueterascit alendo.
Inq; dies gescit. furor atq; erumna grauescit.
Si non prima nouis conturbes uulnera plagis
Volgi uagaq; uageis uenere ante recentia cures.
Aut alio possis animi traducere motus.
Nec ueneris fructu caretis qui uitæ amorem.
Set potius que sunt sine pena commoda sumit.
Nam certa pura st sanis magis inde uoluptas?
Quam miseris. & enim potiundi tempore in ipso
Fluctuat incertus erroribus ardor amantum.
Nec constat quid primum oculis manibusq; fruantur.
Quid petiere premunt arte faciuntq; dolorem
Corporis: & dentes inlidunt sæpe labellis.
Osculaq; affligunt. quia non est pura uoluptas.
Et simili subsunt: qui instigant ledere id ipsum.
Quocunque est rabies unde ille hæc germina surgunt.
Sed leuiter pænas frangit uenus inter amorem
Blandaq; refrenat morsus: admixta uoluptas.
Namq; in eo spes est unde est ardoris origo
Restingui quoq; posse ab eodem corpore flamam.
Quod fieri contra totum natura repugnat.
Vnaq; res hæc est cuius q̄ plurima habemus

Tam magis ardeſcit dira cupidine pectus.
Nam cibus atq; humor membris abſumitur intus
Que quoniam certas poſſunt abſidere partes
Hoc facile expletur laticum frugumq; cupido
Et hominis uero facie pulchroq; colore
Nihil datur in corpus præter ſimulachra fruendum.
Tenuia q̄ uento ſpes raptas ſæpe miſella
Vt bibere in ſomnis ſitiens qum quærit ut humor
Non datur: ardorem qui membris tingere poſſit.
Sed latichum ſimulachra petit fruſtraq; laborat.
In medioq; ſitit torrenti flumine potans
Sic in amore uenus ſimulachris ludit amantis.
Nec ſatiare queunt ſpectando corpora coram
Nec manibus quicquam teneris abradere membris
Poſſunt errantes in certi corpore toto.
Deniq; cum membris conlatis flore fruuntur
Aetatis. iam ſunt præſagit gaudia corpus
At meoſt uenus: ut muliebria conſerat arua.
Affigunt auidæ corpus: uinguntq; ſaluias
Oris. & inſpirant preſantes dentibus ora.
Ne quiquam quoniam nihil inde abradere poſſunt
Nec penetrare & abire in corpus corpore toto.
Nam facte interdum uelle & certare uidentur
Vſq; adeo cupide ueneris compagibus herent.
Membra uoluptatis dum in labefacta liqueſcunt.
Tandem ubi ſe erupit neruis coiecta cupido
Parua fit ardoris uiolenti pauſa parumper
Inde redit rabies eadem & furor ille reuiſit.
Cum ſibi quod cupiant ipſi contingere querunt.
Nec reperire malum id poſſunt que machina uincant.
Vſq; adeo in certi tabeſcunt uoluere toto.
Adde quod adſummunt neruis peruntq; labore.
Adde quod alterius ſub nutu tegitur aetas.
Labitur interea res: & babilonia fiunt.
Languent officia: atq; egrotat: fama uigilans
Vnguenta & pulcha in pedibus ſicyona rident.
Scilicet & grades uiridi cum luce ſmaragdi
Auro includunt: territurq; thaſmalma ueſtis
Aſſidue & ueneris ſudorem exercita potat
Et uene parta patruum fluunt anademate: mitre
Interdum in pallam atq; allidens la chiaq; uertunt

Eximia ueste & uictu: conuiuia: ludi.
Pocula crebra: unguenta: corone: serta: parantur.
Ne qui quam quoniam medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid quod in ipsis floribus augat
Aut qum conscius ipse animus se forte remordet
Desidiose agere aetatem lustrisq; perire.
Aut quod in ambiguo uerbum iaculata reliquit.
Q uod cupido affixum cordi inuestit ut ignis
Aut nimium iactare oculos alium ue tueri
Q uod putat in baltu (uultu) q; uidet uestigia risus.
Aut que in amore male hec proprio summeq; secundo
Inueniuntur. in aduerso uero atq; inopi fiant
Prehendere que possis oculorum lumine aperto.
Innumerabilia. ut melius uigilare sit ante
Q ua docui ratione cauereq; ne in ligniaris.
Nam uitare plagas in amoris ne iaciamur
Non ita difficile quam captum retibus ipsis
Exire & ualidos uenere perrumpere nodos.
Et implicitus quoq; possis inq; peditus
Effugere infestum nisi tute tibi obuius obstes
Et prætermittas animi uitia omnia primum.
Vt que corporis sunt eius quam perpetis ac ius.
Nam faciunt homines plerumq; cupidine cæci
Et tribuunt ea que non sunt commoda uere.
Multimodis igitur prauas turpisq; uidemus
Esse in delictis summoq; in honore uigere.
Atq; alios alii inrident ueneremq; suadent.
Vt placeant. quoniam fœdo afflictantur amore.
Nec sua respiciunt miseri mala maxima sæpe
Nigura mel tetrus est in munda & fœtida acosmos.
Cæsia palladium. neruosa & lignea dorcans.
Paruula pumillo charitonnua tota: merum sal
Magna atq; in manis cathaplexis plenaq; honoris.
Balba loqui non quit traulim inuta pudens est.
At flagrans: odio: loquacula lampadum fit.
Isclimon cromenion tum fit qum uiuere non quit
Præmatie rhadine uerost iam mortua cussis
At lauima & mannio sacer est ipsa ab iacho
Simula silena ac saturast lalcosa philema.
Cætera de genere hoc longum est id dicere coner.
Sed tamen esto iam quanto uis oris honore

Cui ueneris membris uis omnibus exhortatur
Nemq; aliæ quoq; nempe hac sine maximus ante.
Nempe eadem facit & stimus facere omnia: turpis
Et miseram tetris se suffit odoribus ipsa.
Q uam famulæ longi fugiant furtimq; cachinnant.
At lacrimans exclusus amator lumine sæpe
Floribus & sertis operit. postis superbos
Vnguit amaracina. & floribus miser oscula fugit.
Q uem si iam missum uenientem offenderit aura
Vna modo causas abeundi quehat honestas.
Et meditata diu cadet alte sumpta quærela.
Stultitiaq; sibi se damnet: tribuisse: quod illi
Plus uideat quam mortali concedere par est.
Nec ueneres nostras hoc fallit. quo magis ipse
Omnia summopere hos uitæ post tenia celant
Q uos retinere uolunt ascriptosq; esse in amore
Ne quicquam cum tu animo tamen omnia posses
Protrahere in lucem. atq; omnis inquirere usus.
Et si bello animose & non odiosa uicissim
Præter mittere humanis concedere rebus.
Nec mulier semper ficto suspirat amore.
Q uæ complexa uiri corpus cum corpore iungit
Et tenet assuetis humectans oscula labris.
Non facit ex animo sæpe: & communia querens
Gaudia: sollicitat spatium decurre amoris.
Nec ratione alia uolucres: armenta: fereq;
Et pecudes: & equæ maribus subsidere possent.
Si non ipsa quod illorum subat ardet abundans
Natura: & uenerem fallentum leta retractant.
Nonne uides quos mutua sæpe uoluptas
Vinxit in uicis communibus extruentur.
In triuiis qum sæpe canes discedere a uentis
Cum interea ualidis ueneris compagibus herent.
Q uod facerent nunq̃ nisi mutua gaudia nossent
Q ue iacere in fraudem uinctosq; tenere.
Q uare etiam atq; etiam ut dico est cõmunis uoluptas.
Et commiscendo cum semino forte uir illi
Fœmina inmulcit subita ui corripuitq;
Diuersi cupide summis ex uiribus tendunt.
Tum similes matrum materno semine fiunt:
Vt patribus patrio. sed quos utriusque figuræ

Esse uides mixtim miscentes multa parentum
Corpore de patrio & materno sanguine crescunt
Semina cum ueneris stimulis excita per artus
Obuia conflixit conspirans mutuus ardor.
Et neq; utrum superauit eorum nec supatumst
Fit quoq; ut interdum similes existere auorum.
Possint & referant pro auorum sæpe figuras.
Propterea quia multimodis primordia multis:
Mixta suo caelant in corpore sæpe parentis.
Q uc patribus patres tradunt a stirpe profecta.
Inde uenus uarie producit sorte figuras
Maiorumq; refert uoltus: uocesq; comasq;.
Q uando quidem nihilo magis hec semine certo
Fiunt. quam facies & corpora membraq; nobis
Et muliebre oritur patrio de semine seclum.
Maternoq; mares existunt corpore creti.
Semper enim partus duplici de semine constat.
Atq; uerisimile est magis id quodcunque creatur
Eius habet plus parte æqua: quod cernere possis.
Siue uirum soboles sumest muliebris origo.
Nec diuina satum genitalum numina cuiquam
Appelletur & ut sterili uenere exigat aeuum.
Q uod plerumq; putant & multas sanguine mesti
Conspergunt aras adolentq; altaria donis
Vt grauidas reddant uxores semine largo.
N c quiquam diuum numen sortisq; fatigant.
Nam steriles nimium crasso sunt semine partim
Et liquido præter iustum: tenuiq; uicissim
Tenue. locis quia non potis est affigere ad hesum
Lignitur ex templo & reuocatum credit ab ortu.
Crassius hic porro cum concretus magis æquo
Mittitur: ut non tam prolixo prouolat ictu
Aut penetrare locos eque nequit: aut penetatum
Egre admiscetur muliebri semine semen.
Nam multum harmoniæ ueneris differre uidentur.
Atq; alias alii complent magis: ex aliisq;
Suscipiunt aliæ pondus magis: in que grauescunt.
Et multæ steriles hymeneis ante fuerunt
Pluribus & nacte possunt tamen inde puellos
Suscipere: & partu possent ditescere dulci.
Ec quibus ante dom fecundæ sæpe nequissent

Vxores parere inuentast illis quoq; compar
Natura ut possent gnatis munire senectam.
Vsq; adeo magni refert ut semina possint
Seminibus commisceri genitaliter apta
Crassaq; conueniunt liquidis & liquida crassis.
Atq; in eo refert: quo uictu uita cælatur.
Nanq; aliis rebus concrescunt semina membris
Atq; aliis extenuantur tabentq; uicissim
Et quibus ipsa modis tractetur blanda uoluptas.
Id quoq; per magni refert. nam more ferarum
Quadrupedumq; magis ritu plerum putantur
Concipere uxores: quia sic loca sumere possunt
Pectoribus positis sublatis semina lumbris
Ne molles opes sunt motus uxoribus hilum.
Nam mulier prohibet se concipere atq; repugnat
Cluimbus ipsa uiri uenerem si leta retractet.
Atq; ex essato cret omni pectore fluctus.
Eiicit enim sultum recta regione uiatq;
Vometis atq; locis auertit seminis ictum.
Idq; sua causa consuerunt scorta moueri.
Ne complerentur crebro grauidaq; iacerent.
Et simul ipsa uiris uenus ut concinnior esset
Coniugibus: quod nihil nostris opus esse uidetur.
Nec diuinitus interdum ueneris; sagittis
Deteriore fit ut forma muliercula ametur.
Nam facit ipsa suis interdum fœmina factis
Morigerisq; moris & mundo corpore culta
Vt facile insuescat secum degere uitam.
Quod super est consuetudo concinnat amorem.
Nam leuiter q̃uis quod crebro tunditur ictu
Vincitur in longo spatio tamen atq; labescit.
Non ne uides etiam guttas in saxa cadentis
Humoris longo in spatio pertundere saxa.

T. Lucreti. C. de rerũ primordia natura liber quart⁹ finit
Incipit eiusdẽ liber quint⁹ de rerũ primordia natura

Capitula sequentis libri quinti incipiunt

Plus hominibus ꝓfuisse qui sapiẽtiã inuenerit: ut auctor
narrat in hoc principio: q̃ cererẽ liberũ herculẽ.

Animã naturã esse. Mundũ & natiuum & mortalem esse. De solis & lunæ cursu. Mare cælum terra interitura esse. Animum & animam non posse esse sine corpore. Mundum non esse a diis constitutum. Diuisio terræ uel uitium. Cui pars natiua sit: totum natiuum esse. De terra. De aqua. De aere siue anima. De igni & sole non potuisse chemerum gigni De lampade & lucerna nõ posse gigni scintillã & similia eorum gigni. De edificiis quemadmodum intereant quomodo hominibus intricantuata sit deorum opinio. Quare natiua omnia dicta quemadmodum aurum. Quare æternitas esse possit & natiuum esse argentum & plumbum. De phœtonte solis filio. Origo mundi & omnium rerũ. Queadmodum ferrũ repertũ sit De solis & lunæ magnitudine: & motu eorum: & quem admodum nascuntur. De solis magnitudine. De calore solis. Democritus de sole. De lunæ cursu. De Ida uisio solis. De die longo: & nocte breui. De lunæ lumine. De anni temporibus. De solis & lunæ effectione. De nouitate rerũ mundi: & de dispositione earũ quæ in eo sunt. De centauris. De cylla De terra. De aqua seu uoce. Queadmodum aurũ & argentum & plumbum repertum sit. Quemadmodum ferrum inuentum sit.

Quis potis ẽ dignũ pallẽtis pectore carmen
Condere: pro rerum maiestatisq; repertis?
Quisue ualet uerbis tantum qui fingere laudes
Pro meritis eius possit? qui talia nobis
Pectore parta suo quesitaq; premia liquit?
Nemo ut opinor erit mortali corpore cretus.
Nam sic ut ipsa petit maiestas cognita rerum
Dicendum est. deus ille fuit: deus inclite memmi.
Qui princeps uitæ rationem inuenit tam que
Nunc appelletur sapientia quiq; per artem
Fluctibus e cantis uitam tantisq; tenebris
In tam tranquillo & tam clara luce locauit.
Cũ fet enim diuina illorum antiqua reperta.
Namq; ceres fertur fruges liber liquoris
Virigeni latione mortalibus instituisse.
Cum tamen his posset sine rebus uita monere

Vt fama est aliquas etiam nunc uiuere gentis.
At bene non poterat sine puro pectore uiui.
Quo magis hic merito nobis deus esse uidetur.
Ex quo nunc etiam per magnas dedita gentis
Dulcia permulcent animos solatia uitæ.
Herculis antistare autem se facta putabis:
Longius a uera multo ratione ferere.
Quid ue meus enim nobis nunc magnus hiatus
Ille leonis abesset & horrens achadius sus?
Deniq; quid cret taurus: lecneaq; pestis
Hydra uenenaris posset uallata colubris?
Quid ue tripectora ter gemini uis geriona
Et Diomedis equi spirantes naribus ignem?
Tanto opere efficerent nobis stimphala colentes
Trhatia bistomasq; plagas atq; ismara propter?
Aureaq; hisperidum struans fulgentia mala
Asper acerba tuens immani corpore serpens
Arboribus amplexus serpens? quid deniq; obesset
Oceanum propter lictus palagiq; sonora.
Quo neq; noster adit quisquam nec barbarus audet?
Cætera de genere hoc que sunt portenta perempta
Si non iuncta forent qui tandem uiua nocerent
Nil ut opinor ita ad satiatem terra ferarum
Nunc etiam sentit & trepido terrore repleta est.
Per nemora ac montes magnos siluasq; profundas
Que loca uitandi plerumq; est nostra potestas.
Ac nisi purgatumst pectus que prælia nobis
Atq; pericula sunt ingratis insinuandum.
Quantæ qum scindunt hominem cupidines acre?
Sillicitum curæ quantiq; perinde timores?
Quid ue superbia spurcitia: ac peculantia quantas
Efficiunt clades? quid luxus desidia equi?
Hec igitur qui cuncta sub egrit ex animoq;
Expulerit dictis. non armis: nonne decebit
Hunc hominem numero diuum dignarier esse
Cum bene presertim multa ac diuinitus ipsis
Iam mortalibus e diuis dare dicta suerit.
Atq; omnem rerum naturam pandere dictis.
Cuius ego ingressus uestigia dum rationes
Persequor ac doceo dictis quo quaque creata
Fœdere sint in eo q̄ sic durare necessum

Nec ualidas ualeant aeui reſcindere leges.

Animam naturam eſſe

Q uo genere in primis anima natura reperta eſt.
Natiuo primum conſiſtere corpore creta.
Nec poſſe in columen magnum durare per aeuom.
Sed ſimulachra ſolere in ſomnis fallere mentem:
Cernere qum uideantur eum quem uita reliquit.

Mundum & natum & mortalem eſſe

Q uod ſuper eſt nunc huc rationis detulit ordo
Vt mihi mortali conſiſtere corpore mundum
Natiuamq; ſimul ratio retunda ſic eſſe.
Et quibus ille modis congreſſus materiai
Fundarit terram: cælum: mare: ſydera: ſolem:
Lunaiq; globum: tum tellure animantes
Extiterint: quæ nullo ſint tempore natæ.
Q uo ue modo genus humanum uariante loquela
Cœperit inter ſe noſti nomina rerum.
Et quibus ille modis diuum metus inſtruant
Pectora terrarum qui morbi ſancta tuetur
Fama lacus lucos aras ſimulachraq; diuum.

De ſolis & lunæ curſu

Præterea ſolis curſus lunæq; meatus
Expediam: qua ui flectat natura gubernans.
Ne forte hoc inter cælum terramq; reamur
Libera ſponte ſua curſus luſtrare perennis
Morigera ad fruges augendas atq; animantis.
Neue aliqua diuum uolui ratione putemus
Nam uene qui didicere deos ſecurum agere æuum
Si tamen interea mirantur qua ratione
Q ueque geri poſſint preſertim rebus in illis
Q ue ſupra caput ætheris cernuntur in oris.
Rurſus in antiquas referuntur religiones
Et dominos acris aſciſcunt omnia poſſe
Q uos miſeri credunt ignari quid queat eſſe
Q uid naqueat finita poteſtas deniq; cuiq;
Q ua nam ſit ratione atq; alte terminus herens.
Q uod ſuper eſt ne te in promiſſis plura mouemur.

Mare cælum terra interitura

Principio maria & terras cælumq; tuere
Q uorum naturam triplicẽ tria corpora memmi
Tris ſpecies tam diſſimilis tria talia texta

Vna dies dabit exitio: multosq; per annos
Sustentata tuet moles & machina mundi.
Nec me animi fallit quam res noua miraq; menti
Accidit exitium cæli terræq; futurum.
Et quam difficile id mihi sit permittere dictis.
Vt fit tibi in solitum rem ad portes auribus ante
Nec tamen hanc possis oculorum subdere uisu
Nec iacere indumanus uia quam in unica fidei
Proxima fert humanum in pectus templaq; mentis.
Sed tamen effabor dictis. dabit ipsa fidem res
Forsitan. & grauiter terrarum motibus ortis
Omnia conquassari in paruo tempore cernes.
Q uod procul a nobis flectit fortuna gubernans
Et ratio potius q̄ res persuadet ipsa.
Succedere horrisono posse omnia uicta fragore
Q ua prius adgrediar: quam de re fundere fata
Sanctius & multo certa ratione magis quam
Thyas que tripede a phœbi lauroq; profatur.
Multa tibi expediam dictis: sollatia dictis.
Religione refrenatus: ne forte rearis
Terras & solem & cælum mare sydera lunam
Corpore diuino debere æterna meare.
Propterea quo putes ritu pars est gigantum
Pendere eos pœnas immani pro scelere omnis
Q ui ratione sua disturbent mœnia mundi.
Preclarumq; uelint cæli restringere solem.
Immortalia mortali sermone notantes.
Q ue procul usq; adeo diuino animi lastent.
Inq; deum numero que sint indigna uideri.
Notitiam potius prebere ut posse putentur.
Q uid sit in tali motu sensuq; remotum.
Q uippe & enim non est cum quo uis corpore ut esse
Posse animi natura putetur consiliumq;.
Sicut in æthere non arbore non æquore salso
Nubes esse queunt: neq; pisces uiuere in aruis
Nec cruor in lignis: neq; saxis cruor inesse
Certum ac dispositumst ubi quicquid crescit & insit.

Animū & animā nō posse sine corpore esse

Sic animi natura nequit sine corpore oriri
Sola neq; a neruis & sanguine longius esse.
Q uod si posset enim multo prius ipsa animi uis

In capite aut humeris aut imis calcibus esse
Posset & innasci q̄uis in parte soleret.
Tandem in eodem homine atq; in eodem uase manere.
Quod cum nostro quoq; constat corpore certum
Dispositumq; uidetur ubi esse & crescere possit.
Seorsum anima atq; animus tanto magis inficiandum
Totum posse extra corpus formamq; animalem
Puttibus in glebis terrarum aut solis in igni
Aut in aqua durare aut altis ætheris oris.
Haud igitur constant diuino prædita sensu.
Quando quidem nequeunt uitaliter esse animata.

Mundum non esse a diis constitutum

Illud autem non est ut possis credere sedes
Esse deum santas in mundi partibus ullis.
Tenuis enim natura deum longeq; remota
Sensibus a nostris animi uix mente uidetur.
Quæ cum manuum tactum suffugit & ictum
Tactile nil nobis quod sit contingere debet.
Tangere enim non quit quod si tangi non licet ipsum.
Quare etiam sedes quoq; nostris sedibus esse
Dissimiles debent tenues de corpore eorum.
Que tibi posterius largo sermone probabo.
Dicere porro hominum causa uoluisse parare
Perclaram mundi naturam. proptereaq;
Ad laudabile opus dium laudare decere.
Aeternumq; putare atq; immortale futurum.
Nec fas esse deum quod sit ratione uetusta
Gentibus humanis fundatum perpetuo æuo
Sollicitare suis illum ex sedibus unquam.
Nec uerbis uexare & ab uno euertere summa.
Cætera de genere hoc affingere & addere memmi
Desiperest. quid enim immortalibus atq; beatis
Gratia nostra queat largirier emolumenti.
Vt nostra quicquid causa gerere aggredientur?
Quidue noui potuit tanto post ante quietos
Inlicere ue cuperent uitam mutare priorem.
Nam gaudere nouis rebus debere uidetur
Cui ueteres obsunt: sed cui nil accidit egri
Tempore inante acto cum pulchre degeret aeuum.
Quid potuit nouitas amorem accendere tali?
Quidue mali fuerat nobis non esse creatis?

An credo in tenebris uita ac merore iacebat
Donec diluxit rerum genitalis origo.
Natus enim debet quicunque est uelle manere
In uita donec retinebit blanda uoluptas.
Q ui nunq̃ uero uitæ gestauit amorem
Nec fuit in numero quid obest non esse creatum?
Exemplum porro gignandi rebus & ipsa
Notities hominum diuisum deest insita primum
Q uid uellent facere ut scirent animoq; uiderent.
Q uoue modost unq̃ uis cognita principiorum?
Q uidq; inter se permutato ordine possent.
Si non ipsa dedit spetiem natura creandi.
Namq; ita multimodis multis primordia rerum
Ex infinito iam tempore percita plagis
Ponderibusq; suis consuerunt concita fieri.
Omnimodisq; coire atq; omnia pertentare
Q uecunque inter se possint congressa creare
Vt non sit mirum si uitales dispositudas
Deciderunt quoq; & in talis uenere moestus.
Q ualibus hæc rerum geritur nunc summa nouando
Q uod iam rerum ignorem primordia que sint.
Hoc tamen ex ipsis caeli rationibus ausim
Confirmare aliisq; ex rebus reddere multis
Ne quaq̃ nobis diuinitus esse paratam
Naturam rerum. tanta stat prædita culpa.

Diuisio terræ uel uitium

Principio quã tum caeli tegit impetus ingens.
Inde auidam partem montes siluæq; ferarum
Possedere tenent rupes uasteq; paludes
Et mare quod late terrarum destinat oras.
Inde duas porro prope partis feruidus ardor
Assiduusq; geli casus mortalibus aufert.
Quod super est arui tamen id natura suaui
Sentibus obducat iri uis humana resistat.
Vitai causa ualido consueta bidenti.
In gemere & terram pressis proscindere aratris.
Si non fecundas uertentes uomere glebas
Terraiq; solum subigentes stimus ad ortus
Sponte sua nequeant liquidas existere in auras
Et tamen interdum magno quæsita labore
Cum iam per terras frondent atq; omnia florent.
Aut nimiis torret feruoribus aetherius sol.

Aut subiti perimunt imbres gelidæq; pruinæ.
Flabraq; uentorum uiolento turbine uexant.
Præterea genus horriferum natura ferarum
Humanæ genti infestum terraq; mariq;
Cur alit atq; auget? cur anni tempora morbos
Adportant? quare mors immatura uagatur.
Tum porro puer ut seuis proiectus ab undis
Nauta nudus humi iacet infans indigus omni
Vitali auxilio cum primum in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profundit.
Vagituq; locum lugubri complet ut aequum est
Cui tantum in uita restet transire malorum:
At uariæ crescunt pecudes: armenta feræq;.
Ne crepitaculis opus est: nec cuiq; adhibenda st
Alme nutricis blanda ac infracta loquela.
Nec uarias quærunt uestes pro tempore caeli.
Deniq; non armis opus est: non mœnibus altis.
Qui sua tutentur: quando omnibus omnia large
Tellus ipsa petit naturaq; dædala rerum.
Principio quom terrai corpus & humor
Aurarumq; leues animæ calidiq; uapores
E quibus hæc rerum consistere summa uidetur.
Omnia natiuo ac mortali corpore constant
Debet eadem omnis mundi natura putari.
Cui pars natiua sit: totum natiuum esse.
Quippe & enim quorũ partis & mẽbra uidem9
Corpore natiuum mortalibus esse figuris.
Hec ferme mortalia cernimus esse:
Et natura simul. quapropter maxima mundi
Cum uideam membra ac partis consumpta regigni.
Scire licet caeli quoq; idem terræq; fuisse
Principale aliquod tempus: elademq; futuram
Illud in his rebus ne corripuisse reatis
Memini quod terrram atq; ignem mortalia sumpsi
Esse. neq; humorem dubitaui haurasq; perire.
Atq; eadem gigni rursusq; augescere dixi.

De terra

Principio pars terrai nonnulla perusta
Solibus adsiduis: multa pulsata pedum ui
Polueris exalat nebulam nubesq; uolantis.
Quas ualidi toto dispergunt aere uenti.
Pars etiam glebarum ad dilieniem reuocatur.

Imbribus & ripas radentia flumina rodunt
Præterea pro parte sua quodcunque alit auget
Redditur ut quom dubio procul esse uidetur
Omniparens eadem rerum commune sepulchrum.
Ergo terra tibi libatur & aucta recrescit.

De aqua

Q uod sup est hũore nouo mare flumina fontes
Semper abundare & latices manare perennis.
Nil opus est uerbis magnus decursus aquarum
Vndiq; dedarat: sed primum quicquid aquai
Tollitur in summa quæ fit ut nihil humor abundet
Parti quod ualidi uerrentes equora uenti
Dimminuunt radiisq; retexens æthereus sol.
Partim quod subter per terras diuiditur omnis
Percolatur enim uirtus utroq; remanat
Materies humoris & ad caput amnibus omnis
Conuenit. inde super terras fluit agmine dulci
Q ua uia secta semel liquido pede retulit undas.

De aere siue anima

Aera nunc igitur dicam quid corpore toto
Innunerabiliter priuas mutatur moras.
Semper enim quodcunque fluit de rebus id omne
Aeris in magnum fertus mare qui nisi contra
Corpora retribuat rebus recreatq; fluentis
Omnia iam resoluta forent & in aera uersa
Haut igitur cessat gigni de rebus & in res
Recidere assidue quom fluere omnia constat.

De igni & sole

Largus item liquidi fons luminis ætheris sol
Inrigat assidue cælum candore regenti.
Suppediratq; nouo confestim lumine lumen.
Nam primum fulgoris disperit ei
Q uocunq; accidit id licet hinc cognoscere possis
Q uod simul ac primum nullos succedere soli
Corpore & radios inter quasi rumpere lucis.
Ex templo inferior pars horum disperit omnis.
Terraq; inumbratur qua nimbi cuique feruntur.
Vt noscas splendore nouo res semper egere
Vt primum iactum fulgoris quenque perire.
Nec ratione alia res posse in sole uideri
Perpetuo ui suppeditet lucis caput ipsum.

De lampade & lucerna

Q um etiam nocturna tibi terrestria que sunt.
Lumina pendentes lychni claræq; coruscis
Fulguribus pigues multa caligine taedæ.
Consimili proferant ratione. ardore ministro
Suppeditare nouum lumen tremere ignibus instant.
Instant. nec loca lux inter quasi rupta relinquit.
Vsq; adeo properanter ab omnibus ignibus eius
Exitium celeri toleratur origine flammæ
Sic igitur solem lunam stellasq; putandum
Ex alio atq; alio lucem iactare sub ortu.
Et primu quicquid flammas perdere semper
Inuiolabilia hec nec credas forte uigere.

De edificiis quemadmodum intereãt

Deniq; non lapides quoq; uinci cerni ab æuo.
Non altas terris ruere & putrescere saxa.
Non delubra deum simulachraq; fessa fatisci
Nec sanctum numen fati procellere finis
Posse. neq; aduersus naturæ fœdera niti.
Deniq; non monimenta uirum dilapsa uidemus.
Q uerere pro porro sibi omniq; senescere credas
Non ruere auulsos silices a montibus altis.
Nec ualidas æui uires perferre paciq;.
Finiti. neq; enim caderent auolsa repente
Ex infinitoq; tempore pertollerassent
Omnia tormenta aetatis priuata fragore
Deniq; iam tuere hoc circum supra quod omne
Continet amplexu: terram: procreat ex se
Omnia: quod quidem memorant: recipitq; perempta.
Totum natiuum matali corpore constant.
Nam quodcunque alias ex se res auget alitq;
Deminui debet: recreari cum recipit res.

Q uare natiua omnia dicat

Præterea si nulla fuit genitalis origo
Terrarum & cæli semperq; æterna fuere.
Cur supra bellum thebanum & funera troiae
Non alias aliasq; res tenuere poetæ?
Q uo tot facta uirum totiens cecidere? ne usq̃
Aeternis famæ monimentis insita florent?
Verum ut opinor habet nouitatem summa. recensq;
Natura mundist. neq; pridem exordia cœpit.
Q uare etiam quædam nunc artes expoliuntur.
Nunc etiam augescunt. nunc addita nauigiis sunt.

Multa modo organici melicos peperire sonores.
Deniq; natura hæc rerum ratioq; repertast
Nuper & hanc primus cum primis ipse repertus
Nunc ego in patrias qui possim uertere uoces.
Quod si forte fuisse ante ac eadem omnia credis
Sed perisse omnium torrenti secla uopore.
Aut credidisse urbis magno uexamine mundi.
Aut ex imbribus assiduis exisse rapaces
Per terras amnes: ac oppida coperuisse.
Tanto quippe magis uictus fateare necessest
Exitium quoq; terrarum cæliq; futurum.
Nam cum res tantis morbis tantisq; periclis
Tentarentur: ibi si tristior incubuisset
Causa: darent late cladem magnasq; ruinas.
Nec ratione alia mortales esse uidemur
Inter nos: nisi quod morbis egrescimus idem.
Atq; illi quod auita natura remouit.

Quare æternitas esse possit.

Præterea quecunque manent æterna necessest
Aut quia sunt solido cum corpore respuere ictus.
Nec penetrare pati sibi quicquã quod queat artas (aetas
Dissociare intus partis ut materiai
Corpora sunt quorum naturam ostendimus ante.
Ante ideo durare ætatem posse per omnem
Plagatum: quia sunt expertia sicut inanest.
Quod manet uitandum neq; ab ictu figitur hilum.
Aut etiam: quia nulla loci sit copia circum.
Quo quasi res possint discedere dissoluiq;.
Sicut summarum summa est æterna neq; extra
Qui locus est quo dissiliant: neq; corpora sunt que
Possint incidere & ualida dissoluere plaga.
At neq; uti docui: solido cum corpore mundi
Naturast quom admixtumst in rebus inane.
Nec tamen est ut inane: neq; autem corpora desunt
Ex infinito que possint forte coperta
Corruere hanc rerum uiolento turbine summam.
Et alia q̃uis cladem importare pericli.
Nec porro natura loci spatiumq; profundi
Defficit. expargi quo possunt mœnia mundi.
Aut alia quauis possint ui pulsa perire.
Haud igitur læti preclusa est ianua caelo.

i

Nec soli terræq; nec altis æquoris undis.
Sed patet immani & uasto respectat hiatu
Q uare etiam natiua necessumst confiteare
Hec eadem: neq; enim mortali corpore que sunt
Ex infinito iam tempore adhuc potuissent
Immensi ualidas aeui contemnere uires
Deniq; tantopere inter se cum maxima mundi
Pugnent membra ne quaq̃ concita bello
Nonne uides aliquam longi certamine solis (ollis
Posse dari finem. uel cum solet uapor omnis
Omnibus e potis humoribus exuperarint
Q uod facere intendunt neq; adhuc conata patrantur
Omnia dilluuiare ex alto gurgite ponti.
Ne quicquam quom uertentes æquora uenti
Diminuunt radiis retexens æthereus sol.
Et siccare prius confidunt omnia posse
Q uam liquor incœpti possit contingere finem
Tantum spirantes æquo certamine bellum
Magnis de rebus inter se cernere certant.
Cum semel in terra fuerit superantior ignis
Et semel ut fama est humor regnauit in aruis.
Ignis enim superauit & ambiens multa perussit.

De phœtonte solis filio

Auia cum phoetonta rapax uis solis æquorum
Aethere raptauit toto terrasq; per omnis.
At pater omnipotens ira cum percitus acri
Magnanimum phoetonta repenti fulminis ictu
Deturbauit equis in terram solq; cadenti
Obuius æternam suscepit lampada mundi.
Disiectosq; redegit equos iunxitq; trementes.
Inde summi par iter recreauit cuncta gubernans.
Scilicet ut ueteres graium (gratum) cecinere poetae.
Q uod procul a ueris animis est ratione repulsum.
Ignis enim supare potest ubi materiai
Ex infinito sunt corpora plura coarta.
Inde cadunt uires aliqua ratione reiunctæ.
Aut pereunt res exustæ torrentibus auris.
Humor item quonam coepit superare coortus
Vt fama est hominum multos quando obruit undis
Vnde ubi uis aliqua ratione auersa recessit
Ex infinito fuerat quecunque coorta

Constiterunt imbres & flumina uim minuerunt.
Sed quibus ille modis coniectus materiai
Fundarit terram & cælum pontiq; profunda
Solis lunæ cursus ex ordine ponam.

Origo mundi & omnium rerum

Nam certe neq; consilio primordia rerum
Ordine queque suo sagaci mente locarunt.
Nec quos queque darent motus pepigere profecto.
Sed quia multa modis multis primordia rerum
Ex infinito iam tempore percita plagis
Ponderibusq; suis consuerunt concita ferri.
Omni modisq; coire atq; omnia pertentare
Q uecunque inter se possent congressa creare
Propterea fit uti magnum uolgata per æuum
Omnigenos coetus & motus experiundo
Tandem conueniant eaq; conuenta repente
Magnarum rerum fiuunt exordia sæpe
Terrai moris & caeli generisq; animantum.
Hic neq; tum solis rota cerni lumine largo
Alte uolans poterat nec magni sidera mundi
Nec mare nec cælum: nec deniq; terra nec aer
Nec similis nostris rebus res ulla uideri.
Sed noua tempestas quædam molesq; coorta
Diffugere inde loci partes coepere paresq;
Cum paribus iungi res & discludere mundum
Membraq; diuidere & magnas disponere partes
Omnigenis e principiis. discordia quorum
Interualla uias: connexus pondera: plagas:
Concursus: motus turbabat proelia miscens
Propter dissimilis formas uariasq; figuras
Q uod non omnia sic poterant coniuncta manere.
Nec motus inter se sedare conuenientis.
Hoc est e terris altum secernere cælum
Et sursum mare uti secreto humorq; pateret.
Seorsus item: puri secretiq; ætheris ignes.
Q uippe & enim primum terrai corpora queque
Propterea quod erant grauia & perplexa coibant
In medio. q; imas capiebant omnia sedes
Q ue quanto magis inter se perplexa coibant.
Tam magis expressere ea que mare: sydera: solem
Lunamq; efficerent & magni moenia mundi. i z

Omnia enim magis hec & leuibus atq; rotundis
Seminibus. multoq; minoribus sunt elementis
Q uam tellus. ideo per rara foramina terræ.
Partibus erumpens primas se substulit æther.
Signifer & multos secum leuis abstulit ignis.
Non alia longe ratione ac sæpe uidemus.
Aurea qum primum gementis rotæ per herbas
Matutina rubent radiati lumina solis.
Exalantq; lacus nebulam fluuiisq; perhemnes.
Ipsaq; ut interdum tellus fumare uidetur
Omnia que sursum qum conciliantur in alto
Corpore concreto sub texunt nebula cælum.
Sic igitur cum se leuis ac diffusilis æther
Corpore concreto circundatus undiq; sepsit
Et late diffusus in omnis undiq; partis
Omnia sic auido complexu cætera sepsit.

De solis & lunæ magnitudine: & motu eorum
Et quemadmodum nascuntur

Nunc ex ordia sunt solis lunæq; sequuta.
Inter utrasq; globi quorum uertuntur in aris.
Q ue neq; terra sibi asciuit ut maximus æther.
Q uod neq; tam fuerunt grauia ut depressa sederent.
Nec leuia ut possent per summas labier oras.
Et tamen inter utrasque ita sunt ut corpora uiua
Versent: & partes ut mundi totius extent.
Q uod genus in nobis quedam licet institutione
Membra manere qum sint ea que moueantur.
His igitur rebus retractis terra repente
Maxima qua nunc se ponti plaga cerula tendit
Succidit: & salso suffodit gurgite fossas
Inq; dies quanto curam magis ætheris æstus
Et radiis solis cogebant undiq; terram
Verberibus crebris extrema ad lumina partem
In medio ut propulsa suo condensa coiret
Tam magis expressus de corpore sudor
Augebat mare manando camposq; natantis
Et tanto magis illa foras elapsa uolebant
Corpora multa uoporis & aeris altaq; caeli
Densabant procul a terris fulgentia templa
Sidebant campi: crescebant montibus altis
Ascensus: neq; enim poterant sub sidera saxa.

Nec pariter tantundem omnes succumbere partis.
Sic igitur terrræ concreto corpore pondis
Constitit: atq; omnis mundi quasi limus in imum
Confluxit grauis & sub sedit funditus: ut fex.
Inde mare: inde aer: inde æther ignifer ipse
Corporibus liquidis sunt omnia pura relicta.
Et leuior aliis alia: & liquidissimus æther
Atq; leuissimus aerias super influit auras.
Nec liquidum corpus turbantibus aeris auras
Commisti sunt hac uiolentis omnia uerti
Turbinibus sunt in certis turbare procellis.
Ipse suo signis certo fert impete labens.
Nam modice fluere atq; uno possit æthera nisu
Significat ponto mare certo quod fluit aestu
Vnum labendi construansq; usq; tenorem.
Motibus astrorum nunc quæ sit causa canamus
Principio magnus cæli si ueritur orbis
Ex utraque polum parte premere aera nobis
Dicendum se ex utraque tenere & claudere utrinque
Inde alium supra fluere atq; intendere eodem.
Quo uoluenda micat æterni sydera mundi
Aut alium subter contra quis subuehat orbem.
Vt fluuius uersare rotas atq; austra uidemus.
Est etiam quoq; uti possit caelum omnia manere
In statione tamen qum lucida signa ferantur.
Siue quod inclusi rapidi sunt ætheris aestus.
Quærentesq; uiam circumuersantur & ignes
Passim per cæli uoluunt sub mania templa.
Siue aliunde fluens alicunde extrinsecus aer
Versata gens ignis siue ipsi serpere possunt
Quo cuiusque cibus uocat atq; inuitat euntes.
Flammea per celum pascentis corpora passim
Nam quid in hoc mundo sit eorum ponere certum
Difficile est: sed quid possit fiatq; per omne
In uariis mundi uaria ratione creati
Id doceo. plurisq; sequor disponere causas
Motibus astrorum: que possint esse per omnem.
E quibus una tamen sit & hæc quoq; causa necesse est
Quæ uigeat motum signis: sed quæ sit earum
Præcipere haud quaq̃ sunt pedetentim progredi certes
Terraq; ut in media mundi regione quiescat i iii

Euanescere paulatim & decrescere pondus
Conueniat atq; aliam naturam super habere
Ex ineunte æuo coniunctam atq; uniter aptam
Partibus aeriis mundi quibus insita iuuit.
Propterea non est oneri neq; deprimit auras.
Vt sua cuique homini nullo sunt pondere membra
Nec caput est oneri collo nec deniq; totum
Corporis in pedibus pondus sentimus inesse
At quacunq; foris ueniunt in postaq; nobis
Pondera sunt ledunt permulto sæpe minora.
Vsq; adeo magni refert quid quæque queat res.
Sic igitur tellus non est aliena repente
Allata atq; auris aliunde obiecta alienis.
Sed pariter prima concepta ab origine mundi
Certaq; pars eius quasi nobis membra uidentur.
Præterea grandi contra concussa repente
Terra supra que sunt concutit omnia motu
Quod facere haud ulla posset ratione nisi esset
Partibus aeri mundi caelo que rei functa.
Nam communibus inter se radicibus herent
Ex ineunte aeuo coniuncta atq; uniter aucta.
Nonne uides etiam q̃ magno pondere nobis
Sustineat corpus tenuissima uis animai.
Propterea quedam coniuncta atq; uniter rapta est.
Deniq; iam saltu pernice tollere corpus
Quis potis ē nobis nisi uis animæ quæ mēbra gubernat
Iam ne uides quantum tenuis natura ualere
Possit: ubi est coniuncta graui tam corpore ut aer
Coniuncta terris & nobis est animi uis.

De solis magnitudine

Nec nimio solis maior rota nec minor ardor
Esse potest nostris q̃ sensibus esse uidetur.
Nam quibus e spatiis cunque ignes lumina possunt
Allicere & calidis membris ad flare uaporem.
Nihil nisi interuallis de corpore librant
Flammarum. nihil ad spetiem est contracti originis
Perueniunt nostros ad sensus & loca fulgent.
Forma quoq; hinc solis debet illumq; uideri.
Nihil adeo ut possis plus aut minus addere uere.
Proinde calor quom solis lumenq; profusum
Perueniunt nostros ad sensus & loca fulgent.

Lunaq; siue notho fertur loca lumine lustrans.
Siue suo proprio iactat de corpore lucem
Quicquid id est nihil offertur maiore figura.
Quam nostris oculis qua cernimus esse uidetur.
Nam prius omnia que longe semota tuemur
Aera permultum spetie confusa uidentur.
Quam minimum filum. quapropter luna necessest
Quando quidem claram spetiem certamq; figuram
Præbet ut e[illegible]teris extremis cunq; notata
Quanto quoq; quanta sunt hinc nobis uideatur in alto
Postremo quoscunque uides hinc ætheris ignes.
Quando quidem quoscunque interis cernimus.
Dum tremor clarus dum cernitur ardor eorum
Per parum quiddam interdum mutare uidetur
Alteram ultram in partem filum quo longius absit.

De calore solis

Illud item non est mirandum qua ratione
Tantulus ille queat tantum sol mittere lumen
Quod maria ac terras omnis cælumq; rigando
Compleat: & calido perfundat cuncta uapore.
Scire licet per quam pauxillo posse minores
Esse uel exigua maiores parte breuiq;
Quanta queque sunt tanta hinc nobis uidentur in alto.
Nam licet hinc multi patefactum totius unum
Largifluum fontem statere atq; erunpere lumen
Ex omni mundo qua sic elementa uapore
Vndiq; conueniunt & sic coniectus eorum
Confluit ex uno capite hic ut proflua ardor.
Nonne uides etiam q̄ late paruus aquai
Prata riget fons interdum camposq; redundet.
Est etiam quoq; uti non magno solis ab igni
Aera precipitat calidis feruoribus ardor.
Oportunus ita est si forte & idoneus aer
Vt queat accendi paruis ardoribus ictus.
Quod genus interdum segetes stipulamq; uidemus
Accendere ex una scintilla incendia passim
Forsitan & rosea sol alte lampade lucens
Possideat multum cæcis feruoribus ignem.
Circum se nullo qui sit fulgure notatus
Aestiferi notantur radiorum exaudiat ictum
Nec ratio solis simplex ac recta patescit

Quo pacto æstiuis e partibus egocerotis
Brumalis adeat fluxus: atq; inde reuertens
Canteris ut uertas metas ad solsticialis.
Lunaq; mensibus ad spatium uideat obire.
Annua sol in quo consumit tempore cursu
Nonnunq̄ simplex his rebus reddita causast.

Democriti de sole

Nam fieri uel cum primis id posse uidetur.
Democriti quod sancta uiri sententia ponit.
Quanto queque magis in terram sidera propter
Tanto posse minus cum caeli turbine ferri.
Euanescere enim rapidas illius & acris
Imminui subter uiris ideoq; relinqui.
Paulatim solem cum posterioribus ignis
Inferior multum quod sit q̄ feruida signa.

De lunæ cursu

Et magis hoc lunam quanto demissior eius
Cursus abest procul a cælo terrisq; propinquat
Tanto posse minus cum signis tendere cursum.
Flaccidior etiam quanto iam turbine fertur
Inferior: q̄ sol tanto magis omnia signa
Hanc adipiscuntur circum præterq; ferantur.
Propterea fit ut haec ad signum quodque reuerti
Mobilius uideatur ad hanc qua signa reuisunt
Fit quoq; ut e mundi transuersis partibus aer
Alternis certo fluere altere tempore possit.
Qui queat æstiuis solem detrudere signis
Brumalis usq; ad flexus gelidumq; rigore.
Et qui reiiciat gelidis ad frigoris imbris
Aestiferas usq; in partis & feruida signa.
Et ratione pari lunam stellasq; putandumst
Que uoluunt magnos in magnis urbibus annos
Acribus posse alternis e partibus ire.
Nonne uides etiam diuersis nubila uentis:
Diuersas ire in partis in ferna supernis.
Qui minus ille queant per magnos ætheris orbis
Aestibus inter se diuersis sideta ferri?
Ac uox obruit ingenti caligine terras.
Ac ubi de longo cursu soluet ima caeli
Impulit atq; suos efflauit languidus ignis
Concussos itere & labefactos aere multo.

Aut quia sub terras cursum conuertere cogit
Vis eadem: supraq; terras pertulit orbem
Tempore item certo rose amatura per oras
Aetheris auroram deferte lumina pandit.
Aut quia solidem sub terras ille reuertens
Anticipat cælum radiis accendere temptans.
Aut quia conueniunt ignes & semina multa
Confluere ardoris consuerunt tempore certo.
Que faciunt solis noua semper lumina gigni.

De Ida uisio solis

Quod genus Idacis fama est e montibus altis
Dispersos ignis orienti lumine cerni.
Inde coire globum quasi in unum & conficte orbem.
Nec tamen illud in his rebus mirabile debet
Esse: quod hec ignis tam certo tempore possit
Semina confluere & solis reparare nitorem
Multa uidemus enim certo que tempore fiunt
Omnibus in rebus florescunt & tempore florem
Nec minus in certo dentes cadere imperat ætas.
Tempore & impubem molli pubescere ueste.
Et pariter mollem malis dimittere barbam.
Flumina postremo: nix: imbres: nubila uenti
Non nimis incertis fiunt in partibus anni.
Namq; ubi sic fuerunt causarum exordia prima.
Atq; ita res mundi cecidere ab origine prima.
Consequae quoq; iam rerum ex ordine certo.

De die longo & nocte breui

Crescere itemq; dies & tabescere noctes.
Aut quia sol idem sub terras: atq; superne
Imparibus currens anfractibus ætheris oras
Partit: & in partis non æquas diuidit orbem.
Et quod ab alterutra detraxit parte reponit
Eius inaduersa tanto plus parte relatus
Donec ad id signum cæli peruenit: ubi anni
Malus nocturnas exequat lucibus umbras.
Nam medio cursu flatus aquilonis & austri
Distinet æquato cælum discrimine metas.
Propter signiferi posituram totius orbis.
Annua sol iniquo contunditur tempora serpens
Obliquo terras & cælum lumine lustrans.
Vt ratio declarat eorum qui loca cæli

Omnia dispositis signis ornata notarunt.
Aut quia crassior est certis in partibus aer
Sub terris ideo tremulum Iubar hesicat igni.
Nec penetrare potest facile atq; emerge ad ortus.
Propterea noctes hiberno tempore longe
Cessant dum ueniat radiatum in signe diei.
Aut etiam quia sic alternis partibus anni
Tardidius & citius consuerunt confluere ignes
Qui faciant solem certa desurgere parte.
Propterea fit uti uideantur dicere uerum.

De lunæ lumine

Luna potest solis radiis perculsa nitere.
Inq; dies magis lumen conuertere nobis
Ad spetiem: quantum solis secedit ab ore.
Donec cum contra pleno bene lumine fulsit.
Atq; oriens obitus eius super edita uidit.
Inde minutatim retro quasi condere lumen
Debet. item quanto proprius tam solis ad ignem
Inlabitur ex alia signorum parte per orbem
Vt faciunt lunam qui fingunt esse pilai
Consimilem cursusq; uiam sub sole tenere.
Est etiam quare proprio cum lumine possit
Voluier & uarias splendore reddere formas.
Corpus enim licet esse aliud quod fertur & una
Labitur omnimodis occursans officiensq;.
Nec potis est cerni: quia cassum lumine fertur.
Versariq; potest globus ut si forte pilai
Dimidia ex parte cadenti lumine tinctus.
Versandoq; glebam uariantí sedere formas.
Deniq; eam partem quæcunque est ignibus aucta.
Ad spetiem uertit nobis oculosq; patentis.
Inde minutatim retro contorquet & aufert
Luciferam partem glomeraminis atq; pilai
Vt Babilonis achaldeam doctrina refutans
Astrologorum artem contra conuincere tedet.
Proinde quasi id fieri nequeat quod pugnat uterque.
Aut minus hoc fit cur amplectitur anlis.
Deniq; cur nequeat semper noua luna creari
Ordine formarum certo: certo certisq; figuris.
Inq; dies priuos ab oristi queque creata
Atq; alia illius raparari in parte: locoq;.

Difficile est ratio docere: & uincere uerbis
Ordine cum cam certo multa creari.

De anni temporibus

Ic uer & uenus & ueneris prænuntius arte
Pennatus graditur zephyri uestigia propter.
Flora quibus mater præspargens ante uiai
Cuncta coloribus egregiis & odoribus opplet
Inde loci. sequitur calor aridus & comes una
Pollucrunt aceres cresia fabra aquilonum.
Inde autumnus adit: graditur simul euchius aenam.
Inde aliæ tempestates uentiqꝫ sequuntur.
Altitonans uolturnus: & anser fulmen pollens
Tandem brumaninos affert pigrumqꝫ rigorem.
Reddit hyems sequitur creditans accentibi algi.
Quo minus est mirum si certo tempore luna
Signitur: & certo deletur tempore rursus.
Cum flere possint tam certo tempore multa.
Solis item quoqꝫ defectus: lunæqꝫ latebras.
Pluribus e causis fieri ti posse putandumst.
Nam cur luna quæat terram se cludere possis
Lumine & a terris altum caput obstruere ei
Obiiciens cæcum radiis ardentibus orbem
Tempore eodem aliud fatere id non posse putes
Corpus quod cassum labatur lumine semper.
Solqꝫ suos etiam dimmittere languidus ignis
Tempore cur certo nequeat: recreareqꝫ lumen.
Cum loca preceriit flammis infesta per auras
Que faciunt ignis inter stigni atqꝫ periri
Et cur terra queat lunam spoliare uicissim
Lumine: & oppressum solem super ipsa tenere.
Menstrua dum rigidas comperiabiliter umbras
Tempore eodem aliud nequeat sub currere lunæ
Corpus uel supra solis per labier orbem.
Quod radios interrumpat: lumenqꝫ profusum.
Et tamen ipsa suo si fulget luna nitore.
Cur nequeat terra mundi languescere parte.
Dum loca luminibus propriis inimica peruexit.
Menstrua dum rigidas comperiabiliter umbras.
Quod super est quoniam magni per caerula mundi
Qua fieri quicquid posset ratione resolui.

De solis & lunæ effectione

Solis uti uarias cursus lunæq; meatus
Noscere possemus quæ uis & causa cieret
Quo ue modo efecto lumine obire
Et neq; opinantis tenebris obducere terras
Cum quasi conibēt (conniuent) aperto lumine rursum
Omnia connisunt clara loca candida luce.

De nouitate rerum mundi
Et de dispositione que in eo sunt.

Nunc redo ad mundi nouitatem: & mollia terræ
Arua nouo foetu quid primum in luminis oras
Tolleret in certis credunt committere uentis.
Principio genus herbarum uiridemq; nitorem
Terra dedit circum collis camposq; per omnis
Florida fulserunt uiridanti prata colore.
Arboribusq; datumst uariis exinde per auras
Crescendi magnum immissis certamen habenis.
Vt pluma atq; pili primum saetæq; creantur
Quadrupedum membris & corpore penipotentum.
Sic noua tum tellus herbas uirgultaq; primum
Sustulit. inde loci mortalia secla creauit.
Multa modis multis uaria ratione creata.
Nam neq; de caelo cecidisse animalia possunt.
Nec terrestria de salsis exisse lacunis.
Linquitur ut merito maternum nomen adepta
Terra sit e terra quom sint cuncta creata.
Multaq; nunc etiam existunt animalia terris
Imbribus & calido solis concreta uapore.
Quo minus est mirum si tum sunt plura coorta.
Et maiore noua tellure atq; æthere adulta
Principio genus alituum uarieq; uolucres
Oua relinquebant excluse tempore uerno.
Volliculos ut nunc teretis aestate cicade
Linquunt sponte sua uictum uictamq; petente
Tum tibi terra dedit primum mortalia secla.
Multas enim calor atq; humor superabat in aruis
Hec ubi queque loci regio oportuna dabatur.
Crescebant uteri terram radicibus apti.
Quos ubi tempore maturo patefecerat æstas
Infantum fugiens humorem aurasq; petenses
Conuertebat ibi natura foramina terræ
Vt sucum uenis cogebat fundere apertis

Consimilem lactis sicut fiunt foemina quæque
Cum peperit dulci repletur: quod omnis
Impetus in mammas conuertitur ille alundi
Terra cibum pueris uestem uapor herba cubile
Prebebat multa & molli lanugine abundans.
At nouitas nec frigora dura ciebat.
Nec nimios æstus: nec magnis uiribus auras.
Omnia enim pariter crescunt & robora sumunt.
Quare etiam atq; etiam maternum nomen adepta
Terra tenet merito: quoniam genus ipsa creauit
Humanum atq; prope certo tempore fudit
Omne: quod in magni bachatur montibus passim
Aerie simul uolucres uariantibus formis.
Sed quia finem aliquam pariendi debet habere
Destitit ut mulier spacio defessa uetusto.
Mutat enim mundi naturam totius aestas.
Ex alioq; alius status excipe omnia debet.
Nec manet ulla sui similis res: omnia migrant.
Omnia commutat natura: & uertere cogit
Namq; putrescit: & æuo debile langue.
Porro aliud crescit: & contētilibus exit.
Sic igitur mundi naturam totius ætas
Mutat: & exilio terram status excipit alter.
Quod potuit nequeat: possit quod non tulit ante.
Multaq; cum tellus etiam portenta creare
Concitast mira facit membrisq; coorta
Androginem interutras nec utranque utrunque remotū
Orba pedum partim manuum induata uicissim.
Multa sine ore etiam sine uultu caeca reperta.
Vinctaq; membrorum per totum corpus ad hesu
Nec facere ut possent quicquam: nec cedere quoq̄.
Nec uitare malum nec sumere quod uolet usus.
Cætera de genere hoc monstra ac portenta creabat
Ne quicquam quoniam natura absterruit auctum
Nec potue captum ætatis tangere florem.
Nec reperire cibum ut uingi per ueneris res.
Multa uidemus enim rebus concurrere debere
Vt propagando possint procludere secla
Pabula primum ut sint genitalia deinde per artus.
Semina qua possint membris manare remissis
Foemina quæ ut in aruis coniugi possit habere

Mutua qui metuent inter se gaudia uterque
Mutaq; tum interiis animantum secla necesseest.
Vt potuisse propagando procludere prolem.
Nam quecunque uides uesti uitalibus auris.
Aut dolus aut uirtus aut deniq; mobilitas est
Ex ineunte æuo genus id tuta retruans.
Multaq; sunt nobis ex utilitate sua que
Commendata manent tutele tradita nostræ.
Principio genus aere leonum sæuaq; secla
Tutast uirtus uolpes dolus: ut fuga ceruos
At leuis omnia canum fido cum pectore corda.
Et genus omne quod est ueteri non semine partim.
Lanigereq; simul pecudes & bugera secla
Omnia sunt hominum tucela tradita memmi.
Nam cupide fugere feras paremq; secutæ
Sunt & larga suo sine pabula parta labore
Quae damus utilitatis eorum premia causa
Ac quis in horum tribuit natura. nec ipsa
Sponte sua possent ut uiuere nec dare nobis
Vtilitatem aliquam quam pateremur eorum
Presidio nostro pasci genus esse que tutum
Scilicet hec aliis precide lucroq; iacebant
Indupedita suis fatalibus omnia uinclis
Donec ad interitum genus id natura redegit.

De centauris

Sed neq; centauri fuerant. nec tempore in ullo
Esse queunt duplici natura & corpore bino
Ex alienigenis membris compacta potestas.
Hinc illinc paruis ut non sic pars esse potissit
Id licet hinc q̄uis hebeti cognoscere corde
Principio circum tribus actis impiger annis
Floret aequus puer haud quaq̄ sæpe etiam nunc
Vbera in animarum in somnis lactantia quæret.
Post ubi æquum ualidare uires ætate senecta
Membraq; deficiunt fugienti languida uita
Tum demum puerili æuo florenta iuuentas
Officit & molli uestit lanugine malas.
Ne forte ex homine & ueterimo semine equorum
Confieri credas centauros posse neq; esse.

De Scylla

Aut rapidis canibus succintas semi marinis

Corporibus ſcyllas & cætera de genere horum
Inter ſe quorum diſcordia membra uidemus.
Q ue neq; floreſcunt pariter: nec robora ſumunt
Corporibus: neq; proficiunt ætate ſenecta.
Nec ſimili uenere ardeſcunt: nec moribus imis
Conueniunt: neq; ſunt eadem iocunda per artus.
Q uippe uidere licet pingueſcere ſæpe cicata
Barbigeras pecudes hominiq; eſt acre uenenum.

De terra

Flamma quidem cum corpora uulua leonum
Iam ſolcat tonere: atq; uirere. quia genus omne
Viſceris in terris quodcunque & ſanguinis extet.
Q ue fieri potuit triplici cum tempore ut unam.
Prima leo. poſtrema draco. media ipſa chimera
Ore feras arem flaret de corpore flammam.
Q uare etiam tullure noua caeloq; recenti
T alia qui fingunt potuiſſe animalia gigni.
Nixus in uno nouitatis nomine mani
Multa licet ſimili ratione effuciat ore.
A urea tum dicat per terras flumina fulgo
Fluxiſſe: & gemmis florere arbuſta ſueſſe.
Aut hominem tanto membrorum eſſe impete natum
T ranſmaria alta pedum uiſus ut pondere poſſet.
Et manibus totum circum ſe uertere caelum.

De aqua ſeu uoce

Nam quod multa fuere in terris ſemina rerum
Tempore quo primum tellus animalia fudit.
Nihil tamen eſt ſigni mixtas potuiſſe creari
Inter ſe pecudes cōpactaq; membra animantum.
Propterea quia que de terris nunc quoq; abundant
Herbarum genera ac fruges arbuſtaq; læta
Non tamen inter ſe poſſunt complexa creari.
Sed ſi queque ſuo ritu procedit: & omnes
Foedere naturæ certo diſcrimina ſeruant.
Et genus humanum multo fuit illud in aruis
Durius ut decuit tellus quod dura creaſſet.
E maioribus & ſolidis magis oſſibus intus.
Fundatum ualidis aptum per uiſcera neruis.
Nec facile ex aeſtu nec frigore quod capetur
Nec nouitate cibi: nec labi corporis ulla.
Multaq; per cælum ſolis uoluentia luſta

Volgiuago uitam tractabunt more ferarum.
Nec robustus erat curui moderator aratri.
Q uicquam nec scibat ferro molliner arua.
Nec defodere in terram uirgulta: neq; altis
Arboribus uetes decidere falcibus ramos.
Q uod sol atq; imbres dederant quod terra crearant
Sponte sua satis id placabat pectore donum
Glandiferas inter curabant corpora quærcus.
Plerumq; & que nunc hyberno tempore cernis.
Arbuta puniceo fieri matura colore
Plurima tum tellus etiam maiore ferebat.
Multaq; præterea nouitas tum florida mundi
Pabula dira tulit mistris mortalibus ampla
At sedare sitim fluuii fontesq; uocabant.
Vt nunc montibus e magnis decursus aquai
Claritati a te sitientia secla ferarum.
Deniq; notauagis siluestria templa tenebant
Nimpharum quibus aestibant humore fluenta
Lubrica pro lune larga lauere humida saxa.
Humida saxa super uiridi stillantia musto
Et partim plano statere atq; erumpere campo.
Nec dum resigni scribant tractare: neq; uti
Pellibus & spoliis corpus uestire ferarum
Sed nemora atq; cauos montes siluasq; colebant.
Et frutices inter condebant squalida membra
Verbera uentorum uitare imbrisq; coacti.
Nec commune bonum poterant spectare: neq; ullis
Moribus inter se sciebant: nec legibus.
Q uodcunque obtulerat prædæ fortuna fitebat.
Sponte sua sibi quisque ualere & uiuere doctus.
Et uenus in siluis lugebat (iungebat) corpora amantum
Conciliabat enim uel mutua quamque cupido.
Vel uiolenti uiri uis atq; impensa libido.
Vel pretium glandes atq; arbuta uel pira lecta
Et manuum mira freti uirtute pedumq;.
Conflectabantur siluestria secla ferarum.
Multaq; uincebant uitabant pauca latebris
Sætigerisq; pares suibus siluestribus membra
Nudabant terræ nocturno tempore capti
Circum se foliis ac frondibus inuoluentes.
Nec plangere diem magno solemq; per agros

Querebant pauidi palantes noctis in imbris.
Sed taciti reſpectabãt: ſomnoq; ſepulti
Miſſilibus ſaxis & magno pondere clauae
Dum roſae a face ſol inferat lumina caelo.
A paruis quod enim conſuerant cernere ſemper
Alterno tenebras & lucem tempore gigni
Non erat ut fieri poſſet mirarier unq̄
Ne de ſidere ne terras aeterna teneret
Nox imperpetuum detracto lumine ſolis.
Sed magis illud erat curaeq; ſecla ferarum
Infeſtam miſeris faciebat ſaepe quietem
Et lectiq; domo fugiebant ſaxea tecta.
Spumigeri ſuis aduentu ualidiq; leonis.
Atq; in tempeſta cedebant nocte pauentes
Hoſpicibus ſaeuis in ſtrata cubilia fronde.
Nec nimio tum pluſq̄ nunc mortalia ſecla
Dulcia linquebant lamentis lumina uitæ.
Vnus enim tum quiſque magis depenſus eorum
Pabula uiua feris præbebat dentibus hauſtus
Et nemora ac montis gemitu ſiluaſq; replebat
Viua uidens uiuo ſepeliri uiſcera buſto.
Ac quos effugium ſeruarat corpore adeſo (adceſo
Poſterius tremulas ſuper uiſcera tetra tenentes
Palmas horriferis accibant uocibus orcum
Deniq; eos uita priuarant uermina ſeua.
Expertis opis ignaros quid uulnea uellent
At non multa uirum ſub ignis milia ducta
Vna dies dabat exitio: nec turbida ponti
Aequora ledebant nauis ad ſaxa uiroſq;.
Nec temere in caſſum fruſtra mare ſaepe coortum
Seuebat leuiterq; minas potebas manis.
Nec poterat quenquam placidi pellacia ponti
Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis.
Improba nauigii ratio cum caeca iacebat.
Tum penuria deinde cibi: languentia lacto
Membra dedant contra nunc rerum copia merſaſt
Illi prudenter ipſi ſibi ſæpe uenenum
Vergebant nudant (nedant) ſolertius ipſi
Inde caſſas poſtq̄ ac pelles ignemq; pararunt
Et mulier coniuncta uiro conceſſit in unum
Cognita ſunt: prolemq; ex ſe uidere creatam.

Tum genus humanum primum molescere coepit.
Ignis enim curauit: ut alsia corpora frigus
Non ita iam possent caeli sub tegmine ferri
Et uenus in minuit uires pueriq; parentum
Blanditiis facile ingenium fregere superbum.
Tunc & amicitiem coeperunt iungere habentes
Finitim inter se nec ledere nec uiolare
Et pueros commendarunt: muliebreq; silum
Vocibus & gestu: cum balbae significarent
Imbecillorum esse equum misererier omni
Non tamen omnimodis poterat concordia gigni.
Sed bona magnaq; pars seruabat foedera casti.
Aut genuus humanũ iam tum foret omne peremptum
Nec potuisset adhuc perducere secla propago.
At uarios linguae sonitus natura subegit
Mittere: & utilitas expressit nomina rerum.
Non alia longe ratione atq; ipsa uidetur
Protrahere ad gestum pueros infantia linguae
Cum facit ut digito que sint presentia monstret.
Sentit enim uim quisque suam quod possit ab uti.
Cornua nata prius uitulo que q̃ frontibus extent.
Illis iratus petit: atq; infessus in urget.
At catuli pantherarum scyniniq; leonum
Vnguibus ac pedibus iam tum morsuq; repugnant
Vix iam qum sunt dentes unguesq; creati.
Alituum pro porro genus alis omne uidemus
Fidere & a pennis tremulum petere auxiliatum.
Proinde putare aliquem tum nomina distribuisse
Rebus & inde homines didicisse uocabula prima.
Desuper est nam cur hic posset cuncta notare
Vocibus & uarios sonitus emittere linguae.
Tempore eodem alii facere id non quisse putentur.
Praeterea si non alii quoq; uocibus usi
Inter se fuerant: unde insita notics est:
Vtilitas & unde data est. huic prima potestas
Quid uellet facere ut sciret animoq; uideret
Cogere item pluris unus uictosq; domare
Non poterat rerum ut perdiscere nomina uellent.
Nec ratione docere ulla suadereq; surdes.
Quid sit opus facto facile: sineq; enim paterentur
Nec ratione ulla sibi ferrent amplius auris.

Vocis inauditos sonitus obtundere frustra.
Postremo quid in hac mirabile tantoperest?
Si genus humanum cui uox & lingua uigetur
Pro uario sensu uarias res uoce notaret.
Cum pecudes mutae: qum deniq; secla ferarum
Dissimilis soleant uoces uariasq; c ere
Cum metus atq; dolor est: & qum iam gaudia gliscunt
Quippe enim licet in rebus cognoscere apertis
Inritata canum cum primum magna molossum
Mollia ricta premunt duros nudantia dentes.
Longa alia sonitu rabie stricta minatur
Et cum iam latrant & uocibus omnia complent.
At catulos blande cum lingua lambere temptant
At ubi eos lactant pedibus morsuq; petentes
Suspensis teneros imitantur dentibus haustus
Longe alio pacto cannitu uocis adulant.
Et qum de serti baubantur in aedibus: aut qum
Plorantis fugiunt summisso corpore plagas.
Deniq; non hinnitus item differre uidetur
Inter equas: ubi equus florenti aetate iuuentus
Pinnigeris acuit calcaribus ictus amoris
Et fremitum patulis sub naribus aedit ad arma.
Et cum sic alias concussis artubus hymnit.
Postremo genus alitum uariatq; uolucres
Accipitres atq; ossifrange mergiq; marinis
Fluctibus in salso uictum uitamq; petentes.
Longe alias alio iacent in tempore uoces
Et cum de uictu certant: praedaq; repugnant
Et partim mutant cum tempestatibus una
Raucisonos cantus cornicum: & secla uetusta.
Coruorumq; greges: ubi aquam dicuntur & imbris
Poscere: & interdum uentus aurasq; uocare.
Ergo si uarios sensus animalia cogunt
Multa tamen qum sint uarias emittere uoces
Quanto mortalis magis aequum est tamen potuisse
Dissimilis alia atq; alia res uoce notare?
Illud in his rebus tacitus ne forte requiras.
Fulmen detulit in terram mortalibus ignem
Primitus: inde omnis flammarum deditur ardor.
Multa uidemus enim caelestibus insita flammis
Fulgere: cum caeli donauit plaga uaporis. k ii

Vt ramosa tamen cum uentis pulsa uacillans
Aestuat in ramos incumbens arboris ardor
Exprimitur ualidis extritus uicibus ignis.
Emicat interdum flammai feruidus ardor.
Mutua dum inter se rami stirpesq; terentur.
Quorum utrunq; dedisse potest mortalibus ignem.
Inde cibum coquere: ac flammæ mollire uaporem
Sol docuit. quom inutescere multa uideat
Verberibns radiorum atq; aestu uicta per agros
Inq; dies magis inuictum uictamq; priorem
Commutare nouis monstrabant rebus & igni
Ingenio qui prestabant: & corde uigebant
Condere coeperunt urbis artemq; locare
Præsidium reges ipsi sibi presugiumq;.
Et pecudes atq; agros diuiserant q; debere
Pro facie cuiusq; & uiribus ingenioq;.
Nam facies multum ualuit uiresq; uagebant.
Posterius res inuenta st aurumq; repertum
Quod facile & ualidis & pulchris depressit honorem.
Diuitioris enim sectam plerunq; secuntur
Quã libet & fortes & pulchro corpore creti.
Quod si quis uera uitam ratione gubernat.
Diuitiæ grandes homini sunt uiuere parte
Aequo animo: neq; enim æstum quam penuria parui
Ad claros homines uoluerunt atq; potentes
Vt fundamento stabili fortuna maneret.
Et placida possunt opulenti ducere uitam
Ne quicquam quoniam ad summum subcedere honorẽ
Certantesq; inter in festum foecere uiai
Et tamen e summo quasi fulmen deicit ictos.
In uia interdum contemptum in tartara terra
Vt satius multo iam sit parere quietum
Quam regere imperio res uelle & regna tenere.
Proinde si de in cassum defessi sanguine sudent
Angustum pariter luctantes ambitiones.
Inuidia quoniam ceu fulmine summa uaporant
Plerunq;: & que sunt altis magis edita: cunque
Quando quidem sapiunt alieno ex ore petuntq;
Rex exauditis potius q̃ sensibus ipsis
Nec magis id nunc est neq; erit mox: quia fuit ante.
Ergo regibus occisis sub uersa iacebat

Pristina magestas soliorum & sceptra superba
Et capitis summi sic clarum in signe cruentum
Sed pedibus uulgi magnum lucebat honorem.
Nam cupide conculcatur nimis ante metutum
Res itaq; ad summam fecem turbasq; recidat.
Imperium sibi cum hac summatum quisque petebat.
Inde magistratum partim docuere creare
Iuraq; constituere ut uellent legibus uti.
Nam genus humanum defossum uincere æuum
Ex inimiciis languebat quo magis ipsum
Sponte sua cecidit sub leges arctaq; iura
Acrius ex ira. quod enim se quisque parabat
Vlcisci quam nunc concessumst legibus aequis
Hanc ob rem est homines pertaesum ui colere aeuum
Inde metus maculat penariam premia uitae
Circum recite munus atq; iniuria quenque.
Atq; unde exorta est ad eum plerunq; reuertit.
Nec facilis est placidam ac pacatam degere uitam
Quis uiolac factis communia foedera pacis
Et si fallit enim diuum genus humanum
Perpetuo tamen id fore clam diffidere debet.
Quippe ubi se multe per somnia sæpe loquentes
Aut morbo delirantes ꝓtraxe (ꝓtrasse) ferantur
Et celata in medium: & pictam dedisse.
Nunc que causa deum per magnas numina gentis
Peruulgant & ranarum compleuerit orbis
Suscipiendaq; curarit solemnia sacra:
Que nunc in magnis florent sacra rebus locisq;
Vnde etiam nunc est mortalibus insitus horror.
Qui delubra deum noua tota suscitat orbi
Terram: & festis cogit celebrare diebus
Nominata difficilest rationem redde uerbis.
Quippe & enim iam tum diuom mortalia sæcla
Egregias animo facies uigilante uidebant
Et magis in somnis mirando corporis auctu.
His igitur sensum tribuebant. propterea quod
Membra mouere uidebantur. uocesq; superbas
Mittere pro facie preclara & uiribus amplis
Aeternamq; dabant uitam: quia semper eorum
Suppeditabatur facies & forma manebat
Et tamen omninō quod tantis uiribus auctos

Non temere illa (ulla) ui conuinci putabant
Fortunisq3 ideo longe praestare putabant
Quod mortis timor haud quenquam uexaret eorum
Et simul in somnis: quia multa & mira uidebant
Efficere. & nullum capere ipsos inde laborem.
Praeterea caeli rationes ordine certo.
Et uario annorum cernebant tempora uerti.
Nec poterant quibus id fierent cognoscere causis.
Ergo per fugum sibi habebant omnia diuis
Tradere: & illorum nutu facere: omnia flecti
In caelo: que deum sedes & templa locarunt
Per caelum uolui: quia nox & luna uidetur
Luna dies & nox erit noctis signa seuera
Noctiuageq3 faces caeli flammaeq3 uolantes
Nubilia: sol: imbres nix: uenti: flumina. grando
Et rapidi fremitus: & murmura magna minarum.
O genus infoelix humanum talia diuis
Cum tribuit: facta: atq3 iras adiunxit acerbas.
Quantos tum gemitus ipsi sibi quantaq3 nobis
Vulnera quas lacrimas peperere minoribus nostris.
Nec pietas ulla uelatumst saepe uideri
Vertier ad lapidem: atq3 omnis accedere ad aras
Nec procumbere humi prostratum: & pandere palmas
Ante deum delubra: nec aras sanguine multo
Spargere quadrupedum. nec uotis nectere uota.
Sed mage placata posse omnia mente tueri
Nam qum suspicimus magni caelestia mundi
Templa super stellasq3 mirantibus aethera fixum.
Et uenit in mentem solis lunaeq3 uiarum
Tunc aliis oppressa malis in pectora cura
Illa quoq3 expergefactum caput erigere infit.
Ne que forte deum nobis immensa potestas
Sit uario motu que candida sidera uerset.
Temptat enim dubiam mentem rationis aegestas.
Et quae nam fuerit mundi genitalis origo.
Et simul & que sit finis quo ad moenia mundi
Et taciti motus hunc possint ferre laborem
An diuinitus aeterna donata salute
Perpetuo possint aeui labentia tractu
Immensi ualidas aeui contemnere uires
Praeterea cui noua nimis formidine diuum

Contrahitur cui non correpunt membra pauore
Fulmine horribili cum plaga torrida tellus
Contremit & magnum percurrunt murmura caelum?
Non populi gentesq; tremunt: regesq; superbi
Corripiunt diuum percussi membra timore?
Ne quod ob ad missum fœde dictum ue superbæ
Pœnarum graue sit soluendi tempus adauctum
Summe etiam cum uis uiolenti per mare uenti
Induperatorem classis super aethera uertit
Cum ualidis pariter legionibus atq; elephantis.
Non diuum pacem uotis adyta preceq; sit
Veniorum pauidus paces animasq; secundas
Ne quiquam quoniam uiolento turbine saepe
Conreptus nihilo fertur minus aqua daleti.
Vsq; adeo res humanas uis abdita quædam
Obterit & pulchros fascis saeuasq; secures
Proculcare ac ludibrio sibi habere uidetur.
Deniq; sub pedibus tellus cum tota uacillat
Concussæq; cadunt urbes: dubiæq; minantur
Q uid mirum si se temnunt mortalia secla.
A cq; potestatis magnas mirasq; relinquunt
In rebus iuris diuum: que cunta gubernent?

Q uẽadmodũ aurum & argentum
& ferrũ & plumbum repertum sit

Q uod super est æque aurũ: ferrumq; repertumst
Et simul argenti pondus plumbiq; potestas.
Ignis ubi ingentis siluas ardore cremarat
Montibus in magnis: seu cæli fulmine misso.
Siue quod inter se bellum siluestre gerentes.
Hostibus intulerant ignem formidinis ergo
Siue quod inducti terræ bonitate uolebant
Pandere agros pinguis & pascua redde rura.
Siue feras interficere & deteste e præda
Nam fouea atq; igni priuis est uenarier ortum
Q uam saepire plagis saltum: cambusq; ciere.
Q uicquid id est quacunq; e causa flammeus ardor
Horribilis sonitus siluas exederat altis
A radicibus & terram percoxerat igni.
Manabat uenis feruentibus in loca terræ
Concaua conueniens argenti riuus & auri.
Aeris itẽ & plumbi que qum concreta uidebãt k iiii

Posterius claro in terras splendere colore.
Tollebant nitido capti leuiq; lepore
Et simili formata uidebunt esse figura
Atq; lucanarum fuerant uestigia cuiq;
Tum penetrabat res posse hæc liquefacta calore
Quamlibet in formam & faciē decurrere rerum.
Et prorsum q̄uis in cauta ac tenuia posse
Mucronum duci fastigia procudendo.
Vt sibi tela parent: siluasq; & caedere possint
Materiemq; delere: leuare ac radere signa.
Et terebrare etiam ac percudere perq; forare.
Nec minus argento facere hec auroq; parabant.
Quam ualidi primum uiolentis uiribus aeris:
Ne quiquam. quoniam cedebat uicta potestas.
Nec poterant pariter durum sufferre laborem.
Nam fuit in precio magis: aurumq; iacebat
Propter inutilitatem: hebeti mucrone recusum.
Nunc iacet æs: aurum in summum successit honorem.
Sic uoluendo ætas commutat tempora rerum
Quod fuit in precio fit: nullo deniq; honore
Porro aliud succedit: & contemptibus exit.
Inq; dies magis adpetitur floretq; repertum
Claudibus (claudit̄) & miro est mortalis inter honore.

Queadmodum ferrum inuentum sit.

Nunc tibi quo pacto ferri natura reperta
Sit facilest ipsi te cognoscere memmi.
Arma antiqua manus ungues dentesq; fuerunt
Et lapides & item siluarum fragmina rami
Efflaminant ignes postq̄ sunt cognita primum.
Posterius ferri uis est aerisq; reperta
Et prior æris erat: quia ferri cognitus usus.
Quo facilis magis est natura & co
Aere solum terræ tractabant: æreq; belli
Miscebant fluctus: & uulnera fasta ferebant
Et pecus atq; agros adimebant nam facile ollis
Omnia credebant armatis nuda & inerma
Inde minutatim processit ferreus ensis.
Versaq; in obprobrium speciest falcis achaeuæ
Et ferro coepero solum procindere terræ.
Ex equataq; creperi certamina bella.
Et prius est armatum in equi conscendere costris
Et moderarier hunc frenis dextraq; uigere.

Quam biiugo curru belli tentare pericla
Et biiugo prius est q̄ bis coniungere binos.
Et q̄ falciferos armatum ascendere currus.
Inde boues castarrito torperet & res
Anguimanus belli docuerunt uulnera peni
Sufferre: & magnas martis curbare cateruas.
Sic alii ex alio peperit discordia tristis
Horribile humanis quod gentibus esset in armis
Inq; dies bellis terroribus addidit augmen.
Temptarunt etiam tauros in munere belli
Expertiq; sues saeuos sunt mittere in hostis.
Et ualidos partim pre se misere leones
Cum ductoribus armatis saeuisq; magistris
Qui moderarier his possent: uinclisq; tenere
Ne quicquam. quoniam permixta cæde calentes
Turbabant seui nullo discrimine turmas:
Terrificas capitum quatientes undiq; crestas.
Nec poterant equites fremitu perterrit equorum
Pectora mulcere & frenis conuertere in hostis.
Inritata irae (leae) iaciebant corpora saltu.
Vndiq;: & aduersum uenientibus ora patebant.
Et nec opinantis a tergo diripiebant
Deplexeq; dabant in terram uulnere uictos
Morsibus adfixe (affixe) ualidis atq; unguibus uncis.
Iactabantq; sues tauri pedibus terebant
Et latera ad uentres hauribant subter equorum
Cornibus & terram minitanti mente ruebant.
Et ualidis sotios cedebat dentibus apri.
Tela infracta suo tingentes sanguine saeui
In se fracta suo tingentes sanguine tela
Permixtasq; dabant equitum peditumq; ruinas
Nam trāsfersa (trāsuersa) feros exibāt dētib⁹ a dauctus
Iumenta. aut pedibus uento se recta parebant
Ne quiquam. quoniam ab neruis succisa uideres
Concidere. atq; graui terram consternere casu
Si quos ante domi domitos esse putabant
Efferuescere cernebant in rebus agundis.
Vulneribus: clamore: fuga: terrore: tumultu.
Nec poterant ullam partem reducere eorum
Diffugiebat enim uarium genus omne ferarum.
Vt nunc saepe boues luce ferro male mactat

Diffugiunt fera facta fuis cum multa dedere
Si fuit ut facerent: sed uix adducor ut ante
Non quierint animo præsentire atq; uidere
Quam commune malum fueret foedumq; futurum
Et magis id possis factum contendere in omni.
In uariis mundis uaria ratione creatis
Quam certo atq; uno terrarum quolibet orbi.
Sed facere id non tum uincendi spe uoluerunt.
Quam dare quod gemerent hostis ipsiq; perire.
Qui numero diffidebant armisq; uacabant.
Nexilis ante fuit uestis: quam textile tegmen
Textile post ferrumst: quia ferro tela paratur.
Nec ratione alia possunt tam leuia gigni
In filia: ac fusi radiis capiq; sonantes.
Et facere ante uiros lanam natura coegit
Quam muliebre genus nam longe præstat in arte
Et solertius multo genus omne uirile.
Agricolæ donec uitio uertere seueri
Vt mulieribus id manibus concedere uellent.
Atq; ipsi pariter durum sufferre laborem.
Atq; opere in duro durarent membra manusq;.
Ad specimen sationis & insitionis origo
Ipsa fuit rerum primum natura cicatrix (creatrix)
Arboribus quoniam buccas glandesq; caduce
Tempestiua dabant pullorum examina subter
Vnde etiam libitumst stirpis committere ramis.
Et noua defodere in terram uirgulta per agros
Inde aliam atq; aliam culturam dulcis agelli
Tentabant: fructusq; feros mansuescere terra
Cernebant indulgendo blandeq; colendo.
Inq; dies magis in montem succedere siluas
Cogebant infraq; suum concedere cultis.
Prata lacus riuos segetes uinetaq; læta
Collibus & campis ut haberent atq; olearum
Caerula distinguens inter plaga currere posset
Per tumulos & conuallis camposq; præfusa.
Vt nunc esse uides uaria distincta lepore
Omnia que pomis inter sita dulcibus ornant
Arbustisq; tenent foelicibus opsita circum.
At liquidas auium uoces immitarier ore
Ante fuit multo q̄ leuia carmina cantu.

Concelebrare homines possent aurisq; iuuare.
Et zephiri caua per calamorum sibila primum
Agrestis docuere cauas inflare cicutas.
Inde minutim dulcis didicere quærelas
Tibia quas fundit digitis pulsata canentum.
Ouia per nemora ac siluas saltusq; repeta
Per loca pastorum deserta atq; otia dia
Sic unum quid quis paulatim protrahit actas
In mediam, ratio quæ in luminis eruit oras
Hæc animos ollis mulcebant atq; iuuabat
Cum satiare tibi nam tum sunt omnia cordi
Sæpe itaq; inter se prostrati in gramine molli
Propter aquæ riuum: sub ramis arboris altæ
Non magnis opibus in cunole corpora habebant
Præsertim qum tempestas riolebat & anni
Tempora pingebant uiridantis floribus herbas
Tum loca tum sermo tum dulces esse cachinni
Consuerant agrestis enim tum musa uigebat.
Tum caput atq; humeros plexis redimere coronis
Floribus & foliis lasciuia laeta mouebat.
Atq; extra numerum procedere membra mouentes
Duriter & duro terram pede pellere matrem.
Vnde oriebantur risus dulcesq; cachinni.
Omnia quod noua tum magis hoc & mira uigebant.
Et uigilantibus huic aderant solatia somno
Ducere multimodis uoces & flectere cantus.
Et supra calamos unco percurrere labro.
Vnde etiam uigiles nunc hec accepta tuentur.
Et numeris seruare genus didicere neq; hilo
Maiore interea capiunt dulcedine fructum
Quam siluestre genus capiebat terrigenarum.
Nam quod adest præsto: nisi quid cognouimus ante
Suauius in primis placet & pollere uidetur.
Posteriorq; fere melior res illa reperta
Perdit & immutat sensus ad pristina queque.
Sic odium coepit glandis: sic illa relicta.
Strata cubilia sunt herbis & frondibus aucta
Pelles item cecidit: uestis contempta ferina
Quam reor inuidia tali nunc esse repertam
Vt lætum insidiis qui gessit primus obiret.
Et tamen inter eos distractam sanguine multo

Dispeiisse: neq; in fructum conuertere quisse
Tunc igitur pelles nunc aurum & purpura curis
Exercent hominum uitam belloq; fatisant
Quo magis in nobis ut opinor culpa resedit.
Frigus enim nudos sine pedibus excruciabat
Terrigenas. at nos nihil lædit ueste carere
Purpurea. atq; auro signisq; uigentibus apta.
Dum plebe lata mens id quoq; defende possit.
Ergo homiuum genus incassum frustraq; laborat
Semper: & curis consumit manibus aeuum.
Ni mirum: quia non cognouit quæ sit habendi
Finis. & omnino quo adcrescit uera uoluptas.
Idq; minutatim uitam prouexit in altum.
Et belli magnos commouit funditus aestus.
At uigiles mundi magnum uersatile templum
Sol & luna suo lustrans lumine circum
Perdocuere homines annorum tempora uerti.
Et cætera ratione geri rem. atq; ordine certo
Iam ualidis septi degebant turribus aeuum.
Et diuisa colebatur districtaq; tellus.
Tum mare ueliuolis florebat propter odores
Auxilia & socios iam pacto foedere habebant
Carminibus: qum res gestas coepere poetae
Tradere. nec multo prius sunt elementa reperta.
Propterea quid sit prius actum respicere aetas
Nostra nequid: nisi qua ratione uestigia monstrat
Nauigia. atq; agriculturas: moenia: leges:
Arma: uias: uestes. cætera de genere horum
Prima. delitias quoq; uitae funditus omnis
Carmina: picturas & dædala signa politos
Vsus & impigre simul experientia mentis
Paulatim docuit pedetentum progredientes.
Sic unum quicquid paulatim protrahit actas
In medium: ratio quæ in luminis erigit oras.
Namq; aliud ex alio clarescere corde uidebant
Atibus ad summum donec uenere cacumen.

T. Lucreti. C. de rerũ primordia natura liber quint9 finit
Incipit eiusdem liber sextus de primordia rerum natura.

Capitula sequentis libri sexti

Qui procuratione͂ dis attribuit mu͂di sibi ipsum.
De diis immortalibus sollicitudines constituere.
De tonitru. De fulgure. De nubibus semina ignita inesse. De fulmine. Ignis ex fulminis natura. Fulmina de crassioribus nubibus de alte gigni. De tonitribus & terremotu. Autumno magis fulmina & tonitrua fieri. De nubibus quomodo concrescunt. Spiracula mundi. De imbribus. De arcu. De terremotu. Quare mare maiꝰ no͂ fiat. De aethna De nilo fluuio. De lacu auerni. Cornices athonis ad eodem mineruę no͂ esse. In syria quadrupedes. Cur aqua in puteis æstate frigidior sit. De fonte adhamonis In aqua͂ tæda͂ ardere. De fonte aridi i mare. De lapide magnete. Fluere ab oibꝰ rebꝰ. Pestile͂tia u͂de creat͂ De pestile͂tia athe.

Primæ frugiferos foetus mortalibus egris.
Diderunt quonda͂ præ charo nomine athnae.
Et recreauerunt uitam legesq; rogarunt.
Et prime dederunt solatia dultia uitae.
Cum genuere uirum tali cum corde repertum
Omnia ueridico qui quondam ex ore profudit.
Cuius & extincta propter diuina reperta
Diuolgata uetus iam ad caelum gloria fertur.
Nam qum uidit hic ad uictum que flagitat usus.
Omnia iam ferme mortalibus esse parata.
Ec pro quo possent uitam consistere tutam.
Diuitias homines & honore & laude potentis
Affluere: atq; bona gnatorum excolere fama.
Nec minus esse domi cuiquam tamen anxia cordi
Atq; animi ingratis uitam uexare quærelis.
Pausa atq; in festis cogit seruire quærelis
Intelligit ibi uitium fas efficere ipsum.
Omnia que illius uitio corrumpier intus.
Que colata foris & commoda cunque uenirent
Partim quod fluxum pertusumq; esse uidebat
Vt nulla posset ratione explerier unquam
Partim quod retro quasi conspurcare sapore
Omnia cernebat quecunque receperat intus.
Veridicis igitur purgauit pectora dictis
Et finem statuit cupidinis atq; timoris
Exposuitq; bonum summum quo tendimus omnes
Quid foret: atq; uiam monstrauit tramite paruo

Qua possemus ad id recto contendere cursu.
Quid ue mali floret in rebus mortalibus passim
Quod fuerit naturali uarieq; uolaret:
Seu casu seu ui quod sic natura parasset
E quibus e portis occurri cuiq; deceret.
Et genus humanum frustra plerunq; probauit
Voluere curarum tristis in pectore fluctus
Nam ueluti pueri trepidant: atq; omnia caecis
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
Interdum nihilo que sunt metuenda magis q̄:
Que pueri in tenebris pauitant fugiuntq; futura.
Hunc igitur terrorem animi tenebrasq; necessest
Non radiis solis nec lucida tela diei
Discuciant: sed naturæ speties ratioq;.
Quo magis inceptum pergam pertexere dictis.
Et quoniam docui mundi mortalia templa
Esse: natiuo consistere corpore cælum
Et quecunque in eo fiunt fieriq; necessest
Pleraq; dissolui que restant percipe porro
Quando quidem semel insignem conscendere currum
Ventorum exucant placentur: omnia rursum
Que fuerint sint placito conuersa fauore
Cætera que fieri in terris cæloq; tuentur
Mortales pauidis: tamen pendent mentibus saepe
Et faciunt animos humilis formidine diuum
Depressosq; præmunt ad terram propterea quod
Ignorantia causarum conferre deorum.
Cogit ad imperium res & concedere regnum.
Quorum operum causas nulla ratione uidere
Possunt has fieri diuino numine rentur.
Nam bene qui didicere deos securum agere aeuum.
Si tamen interea mirantur qua ratione
Queque geri possint præsertim rebus in illis
Que supra caput aetheriis cernuntur in oris.
Rursus in antquas referuntur religiones
Et dominos acris addiscunt omnia posse
Quos miseris credunt ignari quid quæat esse.
Quid nequeat finita potestas deniq; cuiq;
Qua nam sit ratione atq; alte cernimus he ens
Quo magis errantes caeca ratione ferun tur.
Que nisi respuis ex animo: longeq; remittis

Vana hominum relligio
heu quam miser.

Dis indigna putare:alienaqȝ pacis eorum
Delibata deum parte tibi numina sancta
Saepe oderunt.non quo uiolari summa deum uis
Possit:ut exire penas petere inhibat acris.
Sed quia tu te tibi placida cum pace quietus
Constitues magnos irarum uoluere fietus.
Nec delubra deum placido cum pectore adibis.
Nec de corpore que sancto simulachra ferunt
In mentes hominum diuinæ eruntiue forme
Suscipere hec animi tranquilla pace ualebis.
Inde uidere licet qualis iam uita sequatur.
Quam quidem ut a nobis ratio uerissima longe
Reiiciat.quanq̄ a me multa profecta.
Multa tamen restant & sunt ornanda politis
Versibus & ratio caeli speciesqȝ tenenda.
Sunt tempestates & fulmina clara canenda
Quid faciant & qua de causa cunqȝ ferantur
Ne trepides caeli diuisis paribus amens
Vnde uolans ignis peruenerit aut in utram (uitam) se
Verterit hinc partem:quo pacto per loca septa
Insinuarit:& hinc dominatus ut extulerit se
Quorum operum causa nulla ratione uidere
Possunt.ac fieri diuino numine rentur.
Tu mihi supreme prescripta & candida callis
Currenti spatium præmonstra calida musa
Calliope requies hominum diuumqȝ uoluptas.
Te duce ut insigni capiam cum laude coronam.

De tonitru

Principio tonitru quatiuntur caerula caeli.
Propterea quia cucurrunt sublime uolantes
Aetheriæ nubes contra pugnantibus uentis.
Nec fit enim sonitus cæli de parte serena.
Verum ubicunqȝ magis denso sunt agmine nubes.
Tam magis hinc magno fremitus fit murmure sæpe.
Præterea neqȝ tamen condenso corpore mire
Esse queūt q̄ sunt lapides ac ligna:neqȝ autē
Tam tenues q̄ sunt nebule:fumiqȝ uolantes.
Nam cadere aut bruto deberent pondere presso
Vt lapides:aut ut fumus constare nequirent.
Nec cohibere niues gelidos & grandinis imbris.
Dant etiam sonitum patuli super equora mundi.

Carbasus ut quondam magnis intenta theatris
Dat crepitum matos (muros) inter iactata trabesq;
Interdum perscissa fuerit peculantibus auris.
Et fragilis chartarum commeditatur.
Idq; enim genus in tonitru cognoscere possis.
Aut ubi suspensam uestem chartasq; uoluntas
Verberibus uenti uersant: planguentq; per auras.
Fit quoq; enim interdum non tam concurrere nubes
Frontibus aduersis possint: q̄ de latere ire
Diuerso: motura dentes e corpore e corpore tractum
Aridus unde auris terget sonus: ille diuq;
Ducitur exierint donec regionibus arctis
Hoc etiam pacto tonitru concussa uidentur
Omnia saepe graui tremor & diuolsa repente
Maxime dissiluisse capacis moenia mundi.
Cum subito ualidi uenti colecta procella
Nubibus inter sit sese: conclusaq; ibidem
Turbine uersante magis ac magis undiq; nubem
Cogit. uti fiat spisso caua copore circum.
Post ubi commouit uis eius & impetus acer.
Tum præterri crepo sonitu dat missa fragorem.
Nec mirū: tum plena animæ uensicula (uessicula) parua
Sæpe ita dat paruum sonitum displosa repente.
Est etiam ratio qum uenti nubila perflant
Vt sonitus faciunt & enim ramosa uidemus
Nubila saepe modis multis atq; aspera ferri.
Scilicet ut crebram siluam cum flamina cauri
Perflant: sonitum frondes ramiq; fragorem.
Fit quoq; ut interdum ualidi uis incita uenti
Perscindat nubem perfringens impete recto
Nam quid possit ibi flatus manifesta doceres.
Hic ubi leuior est: in certa qum tamen alta
Arbusta uoluens radicibus haurit ab imis
Sunt etiam fluctus per nubila qui quasi murmur
Dant in frangendo grauiterq; item fit in altis
Fluminibus magnoq; mari cum frangitur aestu.
Fit quoq; ubi e nube in nubem uis incidit ardens
Fulminis. hæc multo si forte humore recepit
Ignem continuo magno clamore trucidat.
Vt calidis candens ferrum e fornacibus olim
Stridit: ubi in gelidum propter demersimus imbrem

Aridior porro si nubes accipit ignem
Vritur ingentis sonitu sub censa recente
Lauri comos ut per montis flamma uagetur
Turbine uentorum cõbutens impete magno
Nec res ulla uita magis q̃ phoebi delphica laurus
Terribili sonitum flamma crepitãte comatur (cremat᷑.)
Deniq; saepe geli multus fragor atq; ruina
Grandibus in magnis sonitum dat nubibus alte
Ventus enim qum conuertit: franguntur in altum
Concreti montes nymborum & grandine mixta.

De fulgore

Fulget item nubes ignis qum semina multa
Excussere suo concursu: ceu lapidem si
Percuciat lapidis aut ferrum. nam tum quoq; lumen
Exaliter claras stratillas dissigat ignis.
Sed tonitrum fit uti post auribus accipiamus
Fulgere quam cernant oculi: quia semper ad auris
Tardius adueniunt: q̃ uisum que moueant res.
Id licet hinc etiam cognoscere cedere si quem
Vngipiti uideat ferro procul arboris auctum.
Ante fit ut cernas ictum: q̃ plaga per auras
Det sonitum. sic fulgorem quoq; cernimus ante:
Quam tonitrum accipimus pariter qui mittitur igni
Et simili causa concursu natus eodem.
Hoc etiam pacto uolucri loca lumine tingunt
Nubes: & tremulo tempestas impete fulgit.
Ventus ubi inuasit nubem & uersatus ibidem
Fecit ut ante cauam docui spissescere nubem
Mobilitate sua feruescit: ut omnia motu
Per calefacta uides ad estem plumbea uero
Glans etiam longo cursu uoluenda quiescit
Ergo feruidus hic nubem qum perscindit atram.
Dissipat ardoris quasi per uim expressa repente
Semina: que faciunt uictantia fulgura flammae.
Inde sonus sequitur qui tardius adlicit auris
Quam que perueniunt oculorum ad lumina nostra.
Scilicet hoc denssis fit nubibus. & simul ala
Extructis aliis alias super impete miro
Ne tibi sit fraudi quod nos inferre uidemus
Quam sic lata magis q̃ sursum extricta quod extent.
Contemplator enim cum montibus assimilata l

Nubila portabunt uenti transuersa per auras.
At ubi per magnos montis cumulata uiolebis
Insuper esse aliis alia atq; uignere superna
In statione locata: sepultis undiq; uentis.
Tu poteris magnas moles cognoscere eorum
Speluncasq; uelut saxis pendentibus structas
Cernere: quas uenti cum potestate coorta
Compleruntmagno indignantur murmure clausi
Nubibus in caueisq; ferarum more minantur.
Nunc hinc nunc illinc fremitur per nubila mittunt
Querentesq; uiam circumuersantur: & ignis
Semina conuoluuntur e nubibus acq; ita cogunt
Multa: rotantq; cauis flammam fornacibus intus.
Donec diuolsa fulserunt nube corusci.

De nubibus semina ignita inesse

Hoc etiam fit uti de causa mobilis ille
Deuolet in terram liquidi calor aureus ignis
Semina quod nubes ipsas per multa necessest
Concipere: ut merito iubeant ignesq; profundant.
Hasce igitur qum uentus agens contrusit in unum
Compressitq; locum tegens expressa profundunt
Semina. que faciunt flammæ fulgure colores
Fulgit item qum rarescunt quoq; nubila cæli.
Nam qum uentus eas leuiter deducit euntis.
Dissoluitq; cadant ingratius illa necessest.
Semina que faciunt fulgorem tum sine tetro
Terrore & sonis fulgit nulloq; tumultu.

De fulmine

Quod super est natura prædita constent
Fulmina declarant ictu & inusta uapore
Signa: notaeq; grauis hilantis sulfuris auris.
Ignis enim sunt hec nouenti signa: neq; imbris.
Præterea se accendunt quoq; tecta domorum
Et celeri flamma dominãtur in ædibus ipsis.

Ignis & fulminis natura

Hunc tibi subtilem cum primus ignibus ignem
Constituit natura minutis montibusq;
Corporibus cui nihil omnino absistere possit
Transit enim ualide fulmen per septa domorum
Clamor ut hæc uoces transit per saxa caper acra.
Et liquidum puncto facit aes in tempore & aurum.

Curat item uasit integris uina repente
Diffugiant. quia nimirum facile omnia circum
Conlaxat: raraq; facit latera omnia uasis
Adueniens calor eius ut insinuatur in ipsum
Mobiliter soluens differt primordia uini
Quod solis uapor ætatem non posse uidetur
Efficere: usq; adeo tollens feruore corusco.
Tanto mobilior uis & dominatior hæc est.
Nunc ea quo pacto gignantur & impete tanto
Fiant: ut possint ictu discludere turris
Disturbare domos auellere ligna trabesq;
Et monumenta uirum commoliri atq; ciere
Exanimare homines pecudes prosternere passim
Cætera de gente hoc qui ui facere omnia possunt.
Expediam. neq; in promissis plura morabor.

Fulmina de crassiorib⁹ nubib⁹ de alte gigni

Fulmina gigni e crassis alteq; putandumst
Nubibus extractis. nam caelo nulla sereno
Nec leuiter densis mittuntur nubibus unq̄.
Nam dubio procul hoc fieri manifesta docet res
Quod tunc per totum concrescunt aera nubes
Vndiq; uti tenebras omnis adierunt arctamur
Liquisse: & magnas caeli complesse cauernas
Vsq; adeo terra nymborum nocte coorta
Impendant acrae formidinis ora supernae
Cum commoliri tempestas fulmina ceptas
Præterea persepe niger quoq; per mare nymbus
Vt picis e caelo dimissu fulmen in undas
Sic cadit: & fertur tenebris procul & trahit attum
Fulminibus grauidam tempestatem atq; procellis.
Ignibus ac uentis cum primis ipse repletus
Interea quoq; ut horrescant ac tecta requirant.
Sic igitur super a nostris caput esse putandumst
Tempestatem altam. neq; enim caline tanta
Obruerent terras nisi inedificata suprenae
Multa forent multis exemplo nubila sole
Nec tanto possent opprimere imbri
Fulmina abundare ut facerent camposq; natare.
Si non extructis foret alte nubibus æther.
Hic igitur uentis atq; ignibus omnia plena
Sunt. ideo passim fremitus & fulgura fiunt.

Quippe & enim supra docui per multa uaporis
Semina: hac de re cauas nubes & multa necesse est
Concipere ex solis radiis ardoreq; eorum.
Hoc ubi uentus eas idem que cogit in unum
Forte locum quem uis expressit multa uaporis
Semina: seq; simul cum eo commiscuit igni
Insinuatus ibi uortex uersatur in alto.
Et calidis acuit fulmen fornacibus intus
Nam duplici ratione accenditur ipse sua cum
Nobilitate calescit: & e contagibus ignis.
Inde ubi percaluit grauis uentum in signi
Impetus incessit matrum cum quasi fulmen
Perscindit subito nubem ferturq; coruscis
Omnia luminibus lustrans locus percitus ardor.

De tonitribus & terremotu

Quem grauis insequitur sonitus displosa repente
Opprimere & caeli uideantur templa superne
Inde tremor terras grauiter pertemptat: & altum
Murmura percurrunt cælum. nam tota fere tum
Tempestas concussa tremit fremitus mouentur.
Quod e concussis sequitur grauis imber & uber
Omnis ut uideatur in imbrem uertier aether.
Atq; ita precipitans ad diluuiem reuocare.
Tantus discidio nubis uentiq; procella
Mittitur ardenti sonitus cum prouolat ictu.
Est etiam qum uis extrinsecus incita uenti
Incidit in ualidam matura culmine nubem.
Quam qum perscidit: ex templo cadit igneus ille
Vertex. quã spatio (quẽ patrio) uocitam⁹ noĩe fulmẽ.
Hoc fit idem in partis alias quocunq; tulit uis
Fit quoq; ut interdum uenti uis missa sine igni
Ignescat tamen in spatio longoq; meatu
Dum uenit amittens in cursu corpora quedam
Grandia que nequæunt pariter penetrare per auras.
Atq; alia ex ipso conradens aere portat.
Paruula que faciunt ignem commixta uolando.
Nam alia longe ratione ac plubea saepe
Fecunda fit glans in cursu qum multa rigoris
Corpora dimittens ignem concepit in auris
Fit quoq; ut ipsis plaga eius excitet ignem
Frigida cum uenti pepulit uis missa sine igni.

Nimirum. qui cum uehementi perculit ictu
Confluere ex ipso possunt elementa uaporis.
Et simul ex illa que tum res excipit illum
Vt lapidem ferro cum caedimus euolat ignis.
Nec quod frigida uis terris: hoc stutuis ille
Semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum.
Sic igitur quoq; res accendi fulmine debec
Oportuna fuit si forte & indomeat flamis.
Nec temere omnino plane uis frigida uenti
Esse potest: ex qua tanta immissa supernæst.
Q uin prius incursus non accenditur igni
At tepefacta tamen ueniat commixta colore
Mobilitas autem fit fulminis & grauis ictus.
At celeri ferme pergunt ubi fulmina lapsu
Nubibus ipsa quod omnino prius incita saeuis
Colligit & magnum conamen sumit eudi.
Inde ubi non potuit nubes capere impetus auctum
Exprimitur uis: atq; ideo uolat impete miro.
Vt ualidis que de tormentis missa feruntur.
Adde quod e paruis & leuibus est elementis.
Nec facilest tali naturæ obsistere quicquam.
Inter enim fugit ac penetrat per ara (nara) uiarum.
Non igitur multis offensibus inter morando
Haesit at hanc obrem uolat impete labens
Deinde quod omnino natura pōdera deorū (deorsum)
Omnia nituntur: cum plaga sit addita uero
Mobilitas duplicatur & impetus ille grauescit
Vt uehementius & citius quecunque morantur
Obuia discutiat plagis itinerq; sequatur.
Deniq; quod longo uenit impete: sumere debet
Mobilitatem etiam atq; etiam que crescit eundo.
Ec ualidas auget uires & roborat ictum.
Nam facit ut que sint illius semina cunque
E regione locum quasi in unum cuncta ferantur
Omnia coniitiens in eum uoluentia cursum
Forsitan ex ipso ueniens trahat aere quedam
Corpora: que plagis incedunt mobilitatem
Incolumis que uenit per res atq; integra transit.
Multa foraminibus lapidis: quia transuiat ignis
Multaq; perfregit cum corpora fulminis ipsa
Corporibus rerum incederint que texta tenentur liii

Dissoluit porro facile æs aurumq; repente
Conferue facit e paruis quia facta minute
Corporibus uis est: & leuibus ex elementis.
Que facile insinuantur & insinuata repente.
Dissoluunt nodos omnis & uincla relaxant.

Autumno magis fulmina & tonitrua fieri.

Autumnoq; magis stellis fulgentibus alta
Concutitur caeli domus undiq; totaq; tellus.
Et cum tempora seris (ueris) florentia pandunt.
Frigore enim desunt ignes uentisq; calores
Desiunt neq; sunt tam denso corpore nubes.
Inter utrasq; igitur qum caeli tempora constant:
Tum uariæ causae concurrunt fulminis omnes.
Nam fretus ipse anni permiscet frigidus aestum.
Quorum utrūque opus est fabicāda ad fulmina nobis
Vit discordia rerum magnoq; tumultu
Ignibus & uentis furibundus fluctus & aer.
Prima caloris enim pars est postrema liquoris.
Tempus id est uernum quare pugnare necessest
Dissimiles inter se res turbare que mixtas.
Et calor extremus primo cum frigore mixtus
Voluitur autumni quod fertur nomine tempus.
Hic quoq; confligunt hyemes aestatibus acres.
Propterea sunt hec anni non imitanda
Nec mirum stineos tempore plurima fiunt
Fulmina tēpestasq; ciet turbida caelo.
Ancipiti quoniam bello turbatur utriusq;
Hinc flaminis illinc uentis humoreq; mixto.
Hoc est igniferi naturam fulminis ipsam
Perspicere: & qua ui faciat rem quamque uidere
Non tyrhena retro uoluentem carmina frustra
Iuditia occulte diuum perquirere menti.
Vnde uolans ignis peruenerit aut in utram e
Verterit hic partim: quo pacto per loca septa
Insinuarit. & hinc dominatur ut facul erit
Quid ue nocere queat de cælo fulminis ictus.
Quod si iupiter atq; alii fulgentia diui
Terrifico quatiunt sonitu cælestia templa.
Et iaciunt ignem quo inquic se cunq; uoluntas.
Cur quibus in cautum scelus aduersabile cunq; est.
Non faciunt icti flamas ut fulguris habent

Pectore perfixo documen mortalibus acre.
Ec potius nulla sibi turpi conscius iure
Voluitur in flammis in noxius inq; peditur.
Turbine cælesti subito correptus & igni.
Cur etiam loca sola petunt frustraq; laborant?
An cum brachia consuescunt firmantq; lacertos?
In terraq; patris cur caelum perpeciuntur?
Optundi cur ipse sinit: atq; parcit in hostis?
Deniq; cur nunq̃ caelo iacit undiq; puro?
Iupiter in terras fulmen sonitusq; profundit?
An simul ac nubes successore ipse in haestum
Descendit prope ut hinc caeli determinet ictus.
In mare qua porro mittit ratione? quid undas
Arguit: & liquidam molem camposq; natantis?
Præterea sinuit caueamus fulminis ictum
Cur dubitat facere ut possumus cernere missum?
Si nec opinantis autem uult opprimere igui.
Cur tonat ex illa parte ut uitare queamus?
Cur tenebras ante & fremitus & murmura concit
Et simul in multas partes qui credere possis.
Mittere an hec ausis nunq̃ contendere factum?
Vt fierent ictus uno sub tempore plures?
Et sepest numero factum fieriq; necessest
Vt pluere in multis regionibus & cadere imbris.
Fulmina sic uno fieri sub tempore multa.
Postremo cur sancta deum delubra suasq;
Discutit in festo preclaras fulmine sedes
Et bene facta deum frangit simulachra suisq;
Demit imaginibus uiolento uoluete honorem.
Altaq; cur plerunq; petit loca plurima que plus
Montibus in summis uestigia cernimus ignis.
Quod super est facilest ex his cognoscere rebus
Presteras grali quos ab re nominitarunt
In mare qua musi ueniant ratione supernæ
Nam fit ut interdum tam quam demissa columna
In mare de caelo descendat quam freta circum
Peruescunt grauiter spirantibus lacita flabris
Et quecunque in eo cum sint deprehensa tumultu
Nauigia in summum ueniunt uexata periclum.
Hoc fit ubi interdum non quitus incita uenti
Rumpere quã coepit nubẽ: sed dep remit ut fit l iiii

In mare de caelo tanq̄ demissa columna
Paulatim: quasi quid pugno brachiiq; supernæ
Coniectu trudatur & extendatur in undas.
Quam qum discidit hinc prorumpitur in mare uenti
Vis: & feruorem mirum concinnat in undis.
Versabundus enim turbo descendit: & illam
Deducit pariter lento cum corpore nubem.
Quam simul ac grauidam detendit ad equora ponti
Ille in aquam subito totum se in mittit & omne
Excitat ingenti sonitu mare feruere cogens.
Fit quoq; ut inuoluat uentis e nubibus ipso
Vertex concandens ex aera semina nubis
Et quasi demissum caelo praestera mutetur
Hic ubi se in terras demisit dissoluitq;
Turbinis immane in uim prouomit: atq; procellat
Sed quia fit raro omnino montisq; necesse st
Officeret in terris apparet crebius idem
Prospectu maris in magno cæloq; patenti.

De nubibus

Nubila concrescunt: ubi corpora multa uolando
Hoc super in cæli spatio coire repente:
Asperiora modis: quo possunt indupedita
Ex ignis tamen inter se compressa teneri.
Hec faciunt premum paruas consistere nubes.
Inde ea comprendunt inter se conq; gregantur.
Et coniungendo crescunt uentisq; feruntur
Vsq; adeo donec tempestas saeua coorta est
Fit quoq; uti montis uicina cacumina caelo
Quam sint quoq; magis tanto magis edita fument
Assiduæ fuluæ nubes caligine crassa.
Propterea quia tum consistunt nubila primum:
Ante uidere oculi quam possint tenua uenti
Portantes cogunt ad summa cacumina montis.
Hic demum fit utitur sammor coorta
Et condensatq; arta parere: & simul ipso
Vertice de montis uideatur surgere in acchram.
Nā se declarat sursum uentosa patere
Res ipsa & sensum montis qum ascendimus altos.
Præterea per multa mari quoq; tollere toto
Corpora naturam declarant littore uestes
Suspense qum concipiunt humoris ad hesum

Quod magis ad nubes augendas multa uidentur
Posse quoqꝫ e salso consurgere in homine ponti.
Nam ratio cum sanguine ab humoribus omnis
Prætereafluuiis ex omnibus & simul ipsa
Surgere de terra nebulas æstumqꝫ uidemus.
Que uelut alitus hinc ita sursum expressa feruntur.
Suffunduntqꝫ sua cælum caligine: & altas
Sufficiunt nubis paulatim conueniundo.
Surget enim signiferi super ætheris aestus
Et quasi densando subtexit cærula nymbis
Fit quoqꝫ ut hunc ueniant in cælum extrinsecus: illi
Corpora que faciunt nubis nymbosqꝫ uolantis.
Innumerabilem enim numerum summaqꝫ profundi
Esse infinitam docui cunctaqꝫ uolarent.
Corpora mobilitetem ostendi: quãqꝫ repente
Inmemorabile spatium transire solerent
Haud igitur mirumst si paruo tempore saepe
Tam magnis montis tempestas atqꝫ tenebre
Comperiant maria ac terris impensa supernæ
Vndi quando quidem per caueas ætheris omnis.

Spiracula mundi

Et quasi per magni circum spiracula mundi
Exitus introitusqꝫ elementis redditur extat.

De imbribus ac pluuiis

Nunc age quo pacto pluuius crescat in altis
Nubibus: humor & in terras dimissus ut imber
Decidat expediam. primum iam semina aquai
Multa simul uincam consurgere nubibus ipsis
Omnibus ex rebus pariterqꝫ ita crescere utrunque
Et nubis ut aquam quecunque in nubibus extat
Vt pariter nobis corpus cum sanguine crescit.
Sudor idem atqꝫ humor quicunque est deniqꝫ membris
Concuderint etiam multum quoqꝫ saepe marinum
Humorem ueluti pendentia uellera lanae.
Cum super magnum mare uenti nubila portant.
Consimili ratione ex omnibus amnibus humor
Tollitur in nubes: quo cum bene semina aquarum
Multa modis multis conuere undiqꝫ ad aucta.
Conuertæ nubes tumenti mittere certant
Dupliciter: nam uis uenti contrudit: & ipsa
Copia membrorum turbam more coacta
Vrget & e supero premit ac facit effluere imbris.

Præterea cum rarescunt quoq; nubila uentis
Aut dii soluuntur solis super icta calore.
Mittunt humorem pluuium stillante quasi igni
Tela super calido tabescens multa liquescat.
Sed uehemens imber fit ubi uehementer utrinque
Nubila ui cumulata premuntur & impete uenti
At retinere diu pluuiæ longumq; morari
Consuerunt ubi multa fient semina aquarum.
Atq; aliis aliæ nubes nymbiq; rigantes
Insuper atq; omni uulgo de parte feruntur.
Terraq; cum fumans humorem tota rehalat
Hic ubi sol radiis tempestatem intus opacam
Aduersa fulsit nymborum aspargine contra.

De arcu

Tum color in nigris existis nubibus aeo.
Cætera que sursum crescunt sursumq; creantur
Et que concrescunt in nubibus omnia prorsum
Omnia nix uenti grando gelidæq; pruinæ
Ec uis magni geli magnum duramen aquarum.
Et mora que fluuios passim refrenat amentis.
Perfacile si tamen hec repente animoq; uidere
Omnia quo pacto fluant quareue creentur
Cum bene cognitis clementis reddita que sunt

De terremotu

Nunc age que ratio terremotibus extet
Percipe. & in primis terras fac ut esse rearis
Subter item & super uentis undiq; plenam.
Speluncis multosq; lacus multasq; lacunas
In gremio gerere: & rupes de rupes diruptaq; saxa
Multaq; sub tergo terrai flumina tecta
Voluere ui fluctus sub mersis caputandumst.
Vndiq; enim simile esse uires pestulat ipsa.
His igitur rebus subiunctis suppositisq;
Terra superne tremit magnis concussa ruinis
Subter: ubi ingentis speluncas subruit actas.
Quippe cadunt toti montes magnoq; repente
Concussa late discerpunt inde tremores.
Et merito quoniam plaustris concussa tremescunt
Tecta uiam propter: non magno pondere tota.
Nec minus exultantes dupius cumq; uiri
Ferratos utrinque rotarum subcutit orbes.

Fit quoq; ubi in magnas aquæ uasasq; lacrimas
Gleba uetustate & terra prouoluitur ingens:
Vt iactetur aquæ fluctu quoq; terra uacillat.
Et uas inter non quit constare nisi humor
Destitit in dubio fluctu iactarer intus.
Præterea uentus cum per loca sub caua terrae
Conlectus parte ex una procumbit: & urgit
Obnixus magnis speluncas uiribus altas
Incumbit: quo uenti prona premit uis
Tum supra terram que sunt extincta domorum
Ad cælum que magis quanto sunt edita queque.
Inclinata minent in eadem prodita partem a a ii q.
Protracteq; trabes impedent iræ paratæ
Te metiunt magni naturam credere mundi
Exitiale aliquod tempus clademq; manere.
Cum uideant tantum terrarum incumbere molem
Quod nisi respirent uentis nulla refremet
Res neq; ab exitio possit deprehendere uirtis.
Nunc quia respirant alternis inq; grauescunt
Et quasi conlecti redeunt ceduntq; repulsi
Sæpius hanc obrem minutatur terra ruinatur.
Quam facit: inclitus enim retroq; recellat
Et recipit pro lapsa suas in pondere sedes
Hac igitur rartione uacillant omnia tecta
Summa magis mediis media imis ima per hilum
Est hæc eiusdem quoq; magni causa tremoris
Ventus ubi atq; animæ subito uis maxima quedam
Aut extrinsecus aut ipsa tellure coorta
In loca se caua terra coniecit ibiq;
Speluncas inter magnas fremit ante tumultu
Vesabunda: portatur post incita cum uis
Exagitata foras erumpitur & simul altam
Diffidens terram magnum concinnat hiatum.
In syria sydone quod accidit & fuit ægi
In peloponneso qua exitus hic animai
Disturbat urbes & terremotus ab ortus
Multaq; præterea ceciderunt moenia magnis
Motibus in terris & multe per mare pessum
Sub sedere suis pariter cum ciuibus & urbes.
Quod nisi prorumpit tamen impetus ipse animai.
Et feta uis uenti per crebra foramina terræ

Diſperitur: ut horror: & incutit inde tremorem.
Frigus ut in noſtros poenitus qum uenit in artus
Concutit in uiros cogens tremere atq; mouere
Ancipiti trepidant igitur terrore per urbis.
Tecta ſuperne timent: inferne cariernas
Terraue diſſoluat natura repente.
Neu diſtracta ſuum late diſpandat hiatum.
Idq; ſuis confuſa uelit complere ruinis.
Proinde licet q̃uis cælum terramq; reantur
Incorrupta fore aeternæ mandata ſaluti
Et tamen interdum præſens uis ipſa pericli
Subdita: & hunc ſtimulum quadam de parte timoris
Ne pedibus raptim tellus ſubtracta feratur
In barathrum rerumq; ſequatur prodita ſumma.

Quare mare maius non fiat

Principio mare mirantur non reddere maius.
Natura quo ſit tantus decurſus aquarum
Omnia quo ueniant: ex omni flumina parte.
Adde uagos imbris tempeſtateſq; uolantes
Omnia que maria ac terras ſparguntq; rigantq;.
Adde ſuos fontes tamen ad maris omnia ſummam
Gutta uix inſtar erit unius ad augmen
Quo minus mare eſt mirum non augeſcere magnum
Præterea ſol magnam partem detrahit aeſtu.
Quippe uidemus enim ueſtes humore madentis
Exiccare ſuis radiis ardentibus ſolem.
Ad (at) pelagi multa & late ſub ſtrata uidemus
Proinde licet q̃uis ex unoquoque loco ſol
Humoris paruam delibet ab æquore partem.
Largitus in tanto ſpatio tamen auferet undis.
Tum porro uenti quoq; magnam tollere partem
Humoris poſſunt uertentes æquora uenti
Vna nocte uias cum perſepe uidemus
Siccari: molliſq; luti concreſcere cruſtas.
Præterea docui multum quoq; tollere nubes
Humorem magno conceptum ex equore ponti.
Et paſſim toto terrarum ſpargere in orbis
Cum pluit in terris & uenti nubila portant.
Poſtremo quoniam raro cum corpore tellus
Eſt: & coniuncta ſtoras magis undiq; augens
Debet ut in mare de terris uenit humor aquai

In terra sic idem manare ex equore salso.
Percolatur enim uirus retroq; remanat
Materies humoris & ad caput amnibus omnis
Confluit: inde super terras reddit agmine dulci
Qua uia secta semel liquido pede detulit undas.

De aethna

Nunc ratio quæ sit per fauces montis ut aethnæ
Expirent ignes interdum turbine tanto
Expediam. neq; enim media gnecia decorata
Flammae tempestas siculum dominata per agros
Finitimis ad se conuertit gentibus ora.
Fumida cum caeli scintillare omnia templa
Cernentes panda complectant corpora dura
Quid moliretur rerum natura nouarum.
Hisce tibi in rebus latest alteq; uidendum
Et longe cunctas in partis dispitiendum.
Vt reminiscaris summam rerum esse profundam
Et uideas caelum summa totius unum
Quam sit paruula pars & quã multae sima constet.
Nec tota pars homo terra quota totius unus
Quod bene propositum si plane contueare
Et uideas plane mirari multa relinquas.
Num quis enim nostrum miratur si quis in artus
Accepit calido febrim feruore coortam?
Aut alium quem uis morbi per membra dolorem.
Obsturgescit enim subito pes arripit acer
Sæpe dolor dentes: oculos inuadit in ipsos.
Exiscit sacer ignis & urit corpora serpens
Quamcunque arripuit partem repetitq; per artus.
Nimirum quia sunt multarum semina rerum
Et satis hec tellus morbi caelumq; malefert
Vnde queat uis immensi procrescere morbi.
Sic igitur toti caeli terræq; putandumst
Et infinito satis omnia suppeditare.
Vnde repente queat tellus concussa moueri.
Per que mare & terras rapidus percurrere turbo.
Ignis abundare aethneus flammescere caelum.
Id quoq; enim fit: & ardescunt cælestia templa
Et tempestates pluuiae grauiore coortu
Sunt. ubi forte ita se detulerunt semina aquarum
At nimis est ingens incendii turbidus ardor

Scilicet & fluuius qui uisus maximus ei
Qui non ante aliquem maiorem uidit & ingens
Ardor homo uidetur & omnia de genere omnis
Maxima que uidit quisque hec ingentia fingit.
Qum tamen omnia cum caelo terraq; mariq;
Nihil sint ad summam summæ totius in omnem.
Nunc tamen illa modis quibus irritata repente
Flamma foras uasas aethnæ fornacibus efflet
Expediam. primum totius sub caua montis
Est natura ferens illi cum suffulta cauernis.
Omnibus est porro in speluncis uentus & aer.
Ventus enim fit ubi est agitando percitus aer.
Hic ubi percaluit calefecitq; omnia circum
Saxa furens qua contigit terramq; & ab ollis
Excussit calidum flammis uelocibus ignem.
Tollit se ac rectis ita faucibus eiicit alte
Fecitq; ardorem longe longeq; fauillam
Differre: & crassa uoluit caligine fumum.
Extruditq; simul mirando pondere saxa.
Nec dubites quin hec animai turbida sit uis.
Præterea magna ex parte mare montis ad eius
Radices frangit fluctus æstumq; resoluet.
Ex hoc usq; mare speluncæ montis ad altas
Perueniunt subter fauces hac ire fatendumst
Et penetrare penitus res cogit aperto
Atq; efflare foras ideoq; extollere flammam.
Saxaq; subiectare & arene tollere nymbos.
In summo sunt uertice crateres ut ipsi
Nominitant nos fauces peribemus & ora.
Sunt aliquot quoq; res quarum unam dicere causam
Non satis est: uerum pluris: unde una tamen sit.
Corpus ut exanimum si quod procul ipse iaceret
Conspicias homines fit ut omnis dicere causas
Conueniant leti: dicatur ut illius una.
Namq; cum ferro nec frigore uincere possis
Interiisse. neq; a morbo neq; forte ueneno
Verum genere aliquid esse ex hoc quod contio ites.
Scimus item in multis hoc rebus dicere habemus.

De nilo fluuio

Nulus (nil9) in æstaté crescit: campisq; redundat
Vnicus in terris aegypti totius amnis

Is rigat aegyptum medium persaepe calorem.
Aut quia sunt æstate aquilones ostia contra
Anni tempore eo :quietes ut esse feruntur.
Et contra fluuium flantes remorantur & undas
Cogentes rursus replent coguntq; manare.
Nam dubio procul hec aduerso flabra feruntur
Flumine que gelidis ab stellis axis aguntur
Ille ex aestifer a parte uenit amnis ab austro
Inter nigra uirum per cotto secla colore
Exoriens penitus media ab regione diei.
Est quoq; uti possit magnus congestus harenæ
Fluctibus aduersis oppillare ostia contra
Cum mare permotum uentis ruit intus harenam.
Quo fit uti pacto liber minus exitus amnis
Et procliuis item fiat minus impetus undis.
Fit quoq; uti pluuiæ forsan magis ad caput ei
Tempore fiant.quo desia flabra aquilonum
Nubila coniitiunt in eas tunc omnia partis.
Scilicet ad mediam regionem eiecta diei
Cum conuenerunt ibi ad altos deniq; montis
Contrusat nubes coguntur uiq; premuntur.
Forsitan æthiopum penitus de montibus altis
Crescat.ubi in campos albos decedere in ignes
Tabificis subigit radiis sol omnia lustrans.

De lacu auerni

Nunc age auernantibus que sunt loca cũq; lacusq;
Expediam:quali natura prædita constent.
Principio quod auerna uocantur nomine id ab re
Impositum est:quia sunt auibus contraria cunctis
E regione ea quod loca cum uenire uolantes
Remigio oblitæ pennarum uela remittunt.
Precipitesq; cadunt molli ceruice profuse.
In terram si forte ita fert natura locorum.
Aut in aquam si forte lacus subirat9 (substrat9) auerni
His locus est cumasapude trisui per montis
Oppleti calidis ubi fumant fontibus aucti.

Cornices athonis ad eodem
minerue non esse

Est & athoneis in mentibus arcis in ipso
Vertice palladis ad templum tritonidis alme
Quo nunq̃ pemus appellunt corpora raucæ

Cornices: non cum famant altaria donis
Vsq; adeo fugitant non iras palladi sacris
Per uigili causa graium ut cecinere poetae.
Sed natura loci opus efficit ipsa suapta.

In syria quadrupedes

In syria quoq; fertur item locus esse uideri
Quadrupedes quoq; quo simul ac uestigia primū
Intullerint grauiter uis cogat concidere ipsa.
Manibus ut si sint diuis mactata repente.
Omnia que naturali ratione geruntur
Ec quibus e fiant causis apparet origo.
Iania nepotis orci regionibus esse
Credatur: post hinc animas acheruntis in oras
Ducere forte deos in auis inferna reamur.
Naribus alipedes ut cerni saepe putantur
Ducere de latebris serpentia saeda ferarum.
Quod procul a uera quam sit ratione repulsum.
Percipe nam nunc ipsa tibi dicere conor.
Principio hoc dico quod dixi sepe quoq; ante.
Interea cuiusq; modi rerum esse figuras
Multa cibos que sunt uitalia multaq; morbos
Incutere & mortem que possint accelerare.
Et magis esse aliis alias animantibus aptas
Res ad uitae rationem ostendimus ante
Propter dissimilem naturam dissimilesq;
Texturas inter se se primasq; figuras
Multa meant immita per auras multa per ipsas
Insinuant naris in festa atq; aspera tactu.
Nec sunt multa parum tactu uitanda: neq; autem
Aspectu fugienda: saporeq; tristia que sint
Deinde uidere. licet q̄ multae sint homini res
Acriter in festo sensu spurcaeq; grauesq;.
Arboribus primum certis grauis umbra tributa.
Vsq; adeo capitis faciat ut saepe dolores.
Si quis ea subter iacuit prostratus in herbis.
Est etiam magnis heliconis montibus arbos
Floris odore hominem retro consueta necare.
Scilicet hec in deo tris ex omnia surgunt.
Multa modis multarum semina rerum.
Quod permixta gerit tellus discretaq; tradit.
Nocturnuinq; recens extinctum lumen ubi acris

Nidore offendit nares consopit ibidem.
Concidere & primos qui morbo mittere sueuit
Castoreoq; graui mulier sopita recumbit.
Et manibus nitidum teneris opus effluit ei
Tempore eo si odoratast quo menstrua soluit.
Multaq; præterea languẽtia membra per arctus
Soluunt atq; animam labefactant sedibus intus
Deniq; si calidis etiam cunctæ relauaris
Plenior efflueris solio feruentis aquai
Q uam facile in medio fit uti de sæpe ruinas
Carbonumq; grauis uis atq; odor insinuatur
Q uam facile illecebrum nisi aqua præcepimus ante.
At cum membra dominus pertexit feruida seruis
Tum facit odor uini plage mattabilis instar.
Nonne uides etiam terra quoq; sulphur in ipso
Signier & tetro concrescere odore bitumen.
Deniq; ubi argento uenas auriq; sequuntur.
Terrai penitus scrutantes addita ferro
Q ualis expiret stuptembula subter odores.
Q uid ue mali fit ut exalent aurata metalla
Q uas hominum reddunt facies qualisq; colores.
Nonne uides audire perire in tempore paruo
Q uam soleant aequam uitae copia desit
Q uos opere nitali cohibet uis magna necessest.
Nos igitur tellus omnis exaestuat aestus
Expiratq; foras in aperta promptaq; caeli.
Sic & auerna loca malit bussum mittere
Mortiferam uim de terra que surgit in auras
Vt spatium caeli quadam de parte ueneni:
Q uo simul ac primum pemus delata sit ales
Impeditur ibi caeco corrupta ueneno
Vt cadate regione loci qua dirigit aestus
Reliquias uita membris ex omnibus aufert
Q uippe æternum primo quasi quædã conciet aestum.
Posterius fit uti qum iam cecidere ueneni
In fontis ipso sibi sit quoq; uica uomenda.
Propterea quod magna mali fit copia circum.
Fit quoq; ũt interdum uis hæc atq; aestus auerni
Aera qui inter auis cunquest terramq; locatur
Discutiat:prope uti locus hinc linquatur inanis.
Cuius ubi est regione loci uenere uolantis m

Claudicat ex templo pinnarum nisus inanis.
Et conamen utrinque alarum proditur omne.
Hic ubi rixari nequeunt insistere quæ alis
Scilicet in terris delabi pondere cogit
Natura: & uacuum prope iam per inane iacentes
Dispergunt animas per caulas corporis omnis.

Cur aqua in puteis æstate frigida sit.

Cur frigidior porro in puteis æstate fit humor
Arescit: quia terra calore & semi siqua
Forte uaporis habet propere dimittit in auras.
Quo magis est igitur tellus effeta calore.
Fit quoq; frigidior qui in terrast abditus humor
Frigore qum premitur porro omnis terra coitq;
Et quasi concrescit sit scilicet in quo eundo
Exprimat in puteos siquem gerit ipsa colorem.

De fonte adhammonis

Est apud hammonis fanum fons luce diurna
Frigidus: & calidus nocturno tempore fertur.
Hunc homines fontem nimis admirantur & acri
Sole putant subter terras ferueſcere partim.
Nox ubi terribili terra caligine texit.
Quod nimis a uerast longe ratione remotum.
Quippe ubi sol nudum contractans corpus aquai
Non quient calidum super ade reddere parte
Cum superum lumine tanto fenore fruatur.
Quiq; adhuc super tam crasso corpore terram
Perquere minorem & calido sol dare uaporem.
Presertim cum uix possit per septa domorum
In sinuare sumum radiis arolentibus æstum.
Quæ ratiost igitur nimirum terra magis quod
Parua tenet certum fontem quam cætera tellus.
Multa que sunt ignis prope semina corpus aquai
Hoc tibi roriferis terram nox obruit undis
Ex templo sonitus frigescit terra coitq;
Hac ratione fit ut tanq̃ compressa nam sit
Exprimat in fortem que semina cunque habet ignis.
Que calidum faciunt laticis tactum atq; uaporem.
Inde ubi sol radiis terram dimouit ob ortis
Et rarefecit calido miscente uapore
Rursus in antiquas redeunt primordia sedes
Ignis: & in terram redit calor omnis aquai.

Frigus hanc ob rem fit fons ut luce diurna.
Præterea solis radiis iactatur aquai
Humor & lucem tremulo rarescit ab aestu
Propterea fit uti que semina cunque habet ignis
Demittat quasi saepe gelum quod continet in se
Mittit & exoluit glaciem nouosq; relaxat.

In aquam Taedam ardere

Frigidus est etiam fons supra quem sita sæpe
Stuppa iacit flammam concepto protinus igni.
Taedaq; consimili ratione accensa per undas
Conlucet quocunq; natans inpellitur auris
Nimirum quia sunt in aqua per multa uaporis
Semina de terra que necessest funditus ipsa
Ignis corpora per totum consurgunt ire fontem
Et simul expirare foras exireq; in auras.
Non tam uita tamen calidus queat ut fieri fons.

De fonte aridi in mare

Præterea dispersa foras erumpere cogit
Vis per quam subito: sursumq; ea conciliare
Q uod genus inde maris parat fons dulcisq; aquai
Q ui statit & salsas circum sedi mouet undas.
Et multis aliis preter religionis æquor
Vtilitatem oportunam sitientibus nautis.
Q uod dulcis inter salsas inter uomit undas.
Sic igitur per eum possunt erunpere fontem
Et statere illas foras in stuppam semina: que qum
Conueniunt aut uidenda corpora adherent.
Ardescunt facile ex templo que multa quoq; in se
Semina habent ignis stuppe taedeq; tenentes
Nonne uideret iam nocturna ad lumina linum
Nuper ubi extinctum amoueas accendier ante
Q uam tetigit flammam: taedamq; parci ratione
Multaq; præterea prius ipso tactu uapore
E minus ardescunt q̄ comminus imbuat ignis.
Hoc igitur fieri quoq; in illo fonte putandumst.

De lapide magnete

Q uod super est agere incipiam quo fodere fiat
Naturæ lapsi hic ut ferrum ducere possit.
Q uam magneta uocant patrio de nomine graii
Magnetum quia sit patriis in finibus ortus
Hunc homines lapidem mirantur. quippe catenam
Sæpe ex anellis reddit pendentibus ex se

Qui neq; enim licet interdum pluresq; uidere
Ordine demisso leuibus iactarier hamis
Vnus ibi coruo dependit super ad hærtas.
Ex altoq; alius lapidis uim cundaq; nescit.
Vsq; adeo permanat & ui spreualet eius.
Hoc genus in rebus firmandum est multa priusq;
Ipsius rei rationem reddere possis
Et nimium longis ambagibus est ad eundum
Quo magis attentas auris animumq; reposco.

Fluere ab omnibus rebus

Principio omnibus a rebus quacunq; uidemus
Perpetuo fluere: ac micis parciq; necessest
Corpora aquae feriant oculos uisumq; lacessat
Perpetuoq; fluunt certis ab rebus odores.
Frigus ut de fluuius: calor a sole: & æstus ab undis
Aequoris exesor moerorum littora propter.
Nec uarii cessant sonitus manare per auras.
Deniq; mos salsi uenit minor saepe saporis
mare uersamur propter dilutaq; contra
Fertur & in cunctas dimittitur undiq; partis.
Nec mora nec requies inter datur ulla fluendi
Perpetuo quoniam sentimus & omnia semper
Cernere odorari licet & sentire sonare
Cum tumunt miseri absinthia tangit amaror.
Vsq; adeo omnibus ab rebus res quæque fluentis:
Nunc omnes repetam quam raro corpore sint res
Cōmemorare quod in primo quoq; in carmine dare
Quippe & enim q̄q̄ multas hoc partium ad res.
Noscere cum primis hanc ad rem protinus ipsam
Qua dediscere adgredior firmare necessest.
Nihil esse impromptu nisi corpus mittam inani.
Principio fit ut in speluncis saxa superna
Sudent in more & guttis manantibus stillent.
Manat item nobis e toto corpore sudor.
Crescit barba piliq; per omnia membra: per artus
Diditur in uenas cibus omnis: auget alitq;
Corporis extremas quoq; partis nuge oculosq;.
Frigus item transire per aes calidumq; uaporem
Sentimur. sentimus item transire per aurum
Atq; per argentū qum pocula plana tenemus.
Deniq; per dissepta domorum saxea uoces
Peruolitant: permanat odor frigusq; uaporq;

Ignis qui ferri quoq; uim penetrare sueuit
Deniq; qua circum colli lorica coercet
Morbida uisq; simul cum extrinsecus insinuatur
Et tempestatem terra caeloq; coorta
In caelum terraq; remotae in re facessunt
Quando quidem nihil est nisi raro corpore nexum.
Huc accedit uti non omnia que iaciuntur
Corpora cunque ab rebus eodem prædita sensu:
Atq; eodem pacto rebus sint omnibus apta.
Principio terram quo excoquit & facit are
Ad glaciem dissoluit & altis montibus altas
Extinctas niues radiis tabescere cogit.
Deniq; cera liquescit in nis posita uapore.
Ignis item liquidum fauilies aurumq; resoluit.
At coria & carnem trahit & conducit in unum.
Humor aque porro ferrum condurat ab igni
Et coria & carnem mollit durata calore
Barbigeras oleaster comnat usq; capellas
Effluat ambrosias quasi nero & nectar & nitus
Qua nihil est homini quod marius fronde ac extet
Deniq; maricum fugitat: suret tinet omne
Vnguentum. nam setigeris subiis acre uenenum est
Quod nos interdum tanq recreare uidetur
At contra nobis cenum teterrima cum sit
Spurcities eadem subiis hec munela uidetur
Insatiabiliter toti ut uolnerantur ibidem.
Hoc etiam super est ipsa quam dicere dere
Aggredior: quod dicendum prius esse uidetur.
Multa foramina cum uariis sint reddita rebus
Dissimili inter se natura predita debent
Esse: & habere suam naturam queque uiasq;.
Quippe & enim uarii sensus animantibus insunt
Quorum quisque suam prope rem precipit in se.
Nam penetrare alio sonitus alioq; saporem
Cernimus e sucis alio nidores odores
Scilicet id fieri cogit natura uiarum.
Multimodis uariant ut paulo ostendimus ante
Propter dissimilem naturam textaq; rerum.
Propterea manare aliud per saxa uidetur.
Atq; aliud ignis. aliud transire per aurum
Argentoq; foras. aliud intusq; meare.

Nam fluere hac ſpecies illas calor ire uidetur.
Atq; aliis aliud citius tranſmittere eadem
Scilicet id fieri cogit natura uiarum
Multimodis uarians ut paulo oſtendimus ante.
Qua propter bone ubi hec confirmata at locata
Omnia conſtiterint nobis prepoſta parata
Quod ſuper eſt facile huic ratio redditur: & omnis
Cauſa patefiet quæ fieri per litratum
Principio fluere e lapide hoc per multa neceſſeſt
Semina: ſiue eſtum qui deſtinat aora plagis.
Inter qui lapidem ferrumq; eſt cunque locatus.
Hec ubi inaniter ſpatium multuſq; uaceſcit
In medio locus ex templo primordia loca ferre
In uacuum prolapſa cadunt commenta fit ut qui
Anulus ipſe ſequatur eatq; ita corpore toto.
Nec res ulla magis primoribus aliementis
Indupedita ſuis arte connexa coheret
Quam ualidi ferri naturæ frigidus horror
Quo minus eſt mirum quod dicitur ex elementis
Corpora ſi nequeunt referre plura coorta.
In uacuum ferri quin anulus ipſe ſequatur
Quod facit & ſequitur donec peruenit ad ipſum
Iam lapidem cæcis qui nec compagibus heſit.
Hoc fit idem cunctas in partis unde bareſcit
Cunq; locus ſiue ex tranuerſo ſiue ſuperne
Corpora continuo in uacuum uacina feruntur
Quippe agitantur enim plagit aliunde nec ipſa
Sponte ſua ſurſum poſſunt conſurgere in auras.
Huc accedit item quare qui (queat) ad id magis eſſe.
Hæc quoq; res adiumento motuq; iuuatur.
Quod ſimili fronte eſt auelli rarior aer:
Factus inanitus qui locus magis ac uacuatus.
Erat ergo quaſi prouehat atq; propellat.
Semper enim circum poſitus res uerberat aer.
Sed tali fit propellat tempore ferrum
Parteq; ex una ſpatium uacat & cupit in ſe
Hic tibi quem memoro per crebra foramina ferri
Pronas ad partis ſubtiliter inſinuatus.
Tradit & impellit quaſi anẽm uel aque uentis.
Continuo fit ut qui poteſt cunque locatus.
Deniq; res omnes debent in corpore habere

Aera quando quidem rare sunt corpoa & aer:
Omnibus est rebus circundatus appositusq;.
Hic igitur penitus qui in ferro & abditus aer.
Sollicito motu semper iactatur eoq;
Verberat anellum dubio procul & ciet intus..
Scilicet eodem fertur quo precipitauit
Iam semel & partem in uacuum conamina sumpsit.
Fit quoq; ut a lapide ferri natura recedat
Interdum fugere ac sequi consueta uicissim
Exultare etiam samothana ferremdi.
Et ramenta simul ferri fuere intus aenis
In scaphiis lapis hic magnes cum subditus esset:
Vsq; adeo fugere a saxo gestire uidetur.
Aere interposito discordia tanta creatur.
Propterea quia nimirum prius æstus ubi aeris
Precipit (percipit) ferriq; possedit apertas
Posterior lapidis uenit aestus & omnia plena
Inuenit in ferro neq; habet qua tranet ut ante.
Cogitur offensare igitur pulsare quo fluctu
Terreat exta suo quo pacto & exspuit ab se
Atq; per aes agitat sine eo quod saepe sorbet
Illud in his rebus mirari mitteq; aestus
Non ualet e lapide hoc alias impellere item res
Pondere enim fretae partim stant quod genus aurum
Ac partim raro quia sunt cum corpore ut aestus
Prouolet intactus nequeunt impellier usq;.
Ligna materies in quo genere esse uidetur
Inter utrasque igitur ferri natura locata
Aeris ubi accepit quedam corpuscula cum sit
Impellant ut cum magne si a flumine saxa.
Nec tamen hec ita sunt aliarum rerum aliena.
Vt mihi multa parum genere ex hoc suppeditentur.
Q ue memorare quæam inter se singulariter aptam
Saxa uide primum sola calescere calce.
Glutinæ matieries aurius mergatur una
Vt uitio uenæ rabularum sæpius hiscant
Q uam lapsare queant compage stamina munda.
Vitigem latices aquai fontibus audent
Misceri cum pix nequeat grauis & leneo linum
Purpureusq; colcis conchili megitur uno
Corpore cum lane dirum qui non queat usq; m iiii

Non si nepotum fluctus renouata operam des
Non mare si totum uelite uiuere omnibus undis
Deniq; res auro aurum copulat una
Aer aquæ plumbo fit uti nigatur ab albo.
Cætera iam q̃ multa licet reperire quid ergo
Nec tibi tam longis opus est ambagibus usq̃
Nec metam multam hic operam consumere par est.
Sed breuiter paucis restat comprehendere multa.
Q ita texture ceciderunt mutua contra.
Vt caua conueniant plenis hec illius illa
Huiusq; inter se iunctura hec optima constat.
Est etiam quasi ut anellis hamisq; placita.
Inter se quedam possint copulata teneri.
Quod magis in lapide hoc ferro ferri uidetur.

De pestilentia unde creatur

Nunc ratio quæ sit morbis aut unde repente
Mortiferam possit creare conflare coarta
Morbida uis hominum generi pecudumq; cateruis
Expediam. primum multarum semina rerum
Esse supra docui que sint ut alia nobis
Et contra que sint morbo mortiq; necessest.
Nulta uolare ea cum casu sunt forte coarta
Et perturbarunt caelum fit morbidus aer
Atus anis omnis morborum pestilitasq;.
Aut intus secus ut nubes nebulaeq; superne
Per caelum ueniunt: aut ipsa saepe coarta
De terra surgunt: ibi putorem munda nacta est.
Item pestiuis fluuiis: que & solibus icta.
Nonne uides etiam caeli nouitate: & aquarum
Temptari procul a patria quicunque domoq;
Adueniunt. ideo quia a longe discrepit acres.
Nam quid britannis caelum differre putamus
Et quod in egypto est quia mundi claudicat axis.
Quid ue quo in ponto est differre & gadibus atq;
Vsq; ad nigra uirum per cotto secla calore
Quecunque quattuor inter se diuersa uidemus
Quattuor a uentis & caeli partibus esse
Tum color & facies hominum distare uidetur
Largiter: & morbi generatim seda tenere.
Est elephas morbus qui propter flumina nili
Vnguitur egypti in mediano que preterea usq̃

Ac dudae tentantur graſſis oculiq; macheis
Finibus inde aliis alius eſt locus inimicus.
Partibus ac membris uariis concinnat id aer
Proinde ubi colum quod nobis forte alienum
Commouet. atq; aer inimicus ſerpere coepit
Ve nubula ac nubes paulatim repit. & omne
Q uadragitas graditus conturbas & immutare coactat
Fit quoq; ut in noſtrum cum uenit deniq; cælum
Corrumpat: redditq; ſui ſimile atq; alienum.
Nec igitur ſubitur clades noua peſtilitaſq;
Aut in aquas cadit aut fruges perſedit in ipſas.
Aut alios homini paſtus pecudumq; cibatus.
Aut etiam ſuſpenſa manet uis aere in ipſo.
Et cum ſpirantes mixtas hinc ducimus auras.
Illa quoq; in corpus pariter ſorbere neceſſe eſt.
Conſimili ratione uenit bubus quoq; ſaepe
Peſtilitas etiam pigris talaribus aegros.
Nec refert utrum nos in loca deueniamus
Nobis ad diuerſa & caeli mutemus amictum.
An caelum nobis intro natura corruptum
Deferat. aut aliquid quod non conſueuimus uti.
Q uod nos aduentu poſſit temptari incerti.

De peſtilentia athenienſium.

Haec ratio quondam morborum & mortiferae
Finibus in cetropiis funeſtos reddidit agros.
Vaſtauitq; uias. exhauſit ciuibus urbem.
Nam penitus ueniens aegypti finibus ortus
Aera permenſus multum campoſq; natantis
Incubuit tandem populo pandionis oranem.
Inde cateruatim morbo morti dabantur.
Principio caput intenſum feruore gerebant.
Et duplicis oculos ſuffaſa luce rubentes.
Sudabant etiam fauces intrinſecus acre
Sanguine: & ulceribus uocis uia ſepta coibat
Atq; animi interpres manabat lingua cruore
Delilitata malis: motu grauis: apera tactu.
Inde ubi fauces pectus complerat & ipſum
Morbida uis in cor mæſtum confluxerat ægris
Omnia tum uero uitae clauſtra lababant.
Spiritus ore foras tetrum uoluebat odorem.
Rancidaq; perolent proiecta cadauera ritu.

Atq; animi prorſum uires totius & omne
Languebat corpus laeti iam lumine in ipſo
Intollerabilibuſq; malis alius erat anxius angor
Aſſidue comes & gemitu commixta quærela.
Singultuſq; frequens noctem perſæpe deniq;
Corripere aſſiduæ neruos & membra coactans.
Diſſoluebat eos defeſſos ante fatigans.
Nec nimio cuiquam poſſes ardore tueri
Corporis in ſummo ſummam feruеſcere patrē (artem)
Sed totius tepidum manibus proponere tactum.
Et ſimul ulceribus quaſi inuſtis omne rubore
Corpus ui eſt: per membra ſacer qum diditur ignis.
Intima pars homini uero flagrabat ad oſſa.
Flagrabat ſtomacho flamma ut fornacibus intus.
Nihil adeo poſſis cuiquam lene tenueq; membris.
Vertere utilitatem ad uentum & frigore ſemper
In fluuios partim cæli dos ardentia morbo
Membra dabunt nundum iacientes corpus in undas.
Inciderunt ipſo uenientes ore patente
In ſe dabiliter ſatis arida corpora merſans
Aequabat multum pernix humoribus imbrem.
Nec requies erat nulla in aride feſſa iacebant
Multi præcipites nymphis putealibus alte
Corpora miſſabant tacito medicina timore.
Quippe pacientia cum totiens ardentia morbis
Lumina uerſarent oculorum experientia ſomno.
Multaq; preterea mortis cum ſigna dabantur.
Per cubata animi mens in merore metuq;
Triſte ſupercilium furoſus uoltus & acer.
Sollicitae porro pleneq; ſonoribus aures.
Creber ſpiritum aut ingens raroq; coortus.
Sudoriſq; madens per collum ſpendidus umum
Tenuia ſputa minuta croci contracta colore.
Salſa qui per fauces rauca uix edita tuſſe.
In manibus uro nerui trahere & tremere artus
A pedibus que minutatim ſuccedere frigus
Non dubitabat item ad ſurenum deniq; tempus
Non præeſſe nares niſi primoris acumine.
Tenue conati oculi: caua tempora: frigida pellis
Duraq; inhorret iacet frons tecta meabat
Nec nimio rigida poſt artus morte iacebant
Octauaq; fere candenti lumine ſolis.

Aut etiam noua reddebant lampada uitam
Quorum siquis ut est uitarat funera laeti
Visceribus taetris & nigris pro luuie alui.
Posterius tamen hunc tabes laetumq; manebat
Aut etiam multus capitis cum saepe dolore
Corruptus sanguis expletis naribus ibat
Huc hominis cotæ uires corpusq; fluebat.
Profluuium porro cultetris sanguinis acre.
Exierat tamen in neruos hinc morbus & artus
Probat. & in partis genitalis corporis ipsas
Et grauiter potum intuentes limina laeti
Vraebat ferro priuati parte uirili
Ec manibus sine non nulli pedibusq; manebant.
In uita tamen & perdebant lumina partim
Vsq; adeo mortis metus ijs incuserat aer.
Atq; etiam quosdam coepere obliuia rerum
Cunctarum. ne quæso possent cognoscere ut ipsi
Multaq; humi cum inhumata iacerent corpora supra
Corporibus tamen alitum geners (genus) atq; ferarũ
Haud procul absiliebat ut acrem excint odorem
Aut ubi gustarat languebat morte propinqua
Nec tamen omnino temere illis solibus ulla
Comparabat auis noctis secla ferarum
Exibant siluis languebant pleraq; morbo.
Et moriebantur tum primis fida cacumis
Strata uiis anni ponebat in omnibus aegere.
Extorquebat enim uitam uis moribunda membris
Incomitata rapi certabant fumera uasta.
Nec ratio remedii communis certa dabatur.
Nam quod alii dederat uitalis aeris auras
Voluere more licere & caeli templa tueri.
Hoc aliis erat exitio laetumq; parabat.
Illud in his rebus miserandum opere unum
Aerumnabile erat: quod ubi se quisque uidebat
Implicitum morbo morti damnatus ut esset.
Defficiens animo moesto cum corde iacebat.
Funera respectans animam mitebat idem.
Quippe enim nullo cessabant tempore apiscit
Ex aliis alios auidi contagia morbi.
Atq; uel in primis cum labat funere funus.
Nam quicunque suos fugitabant ut facto ad ægros
Vita nimium cupidos mortisq; timentes

Penibus & paulo post turpi morte malaq;
Desertos opis expertis in curia mactans
Qui fuerant ante presto contagibus ibant
Atq; labore pudor quem omni cogebat obire
Blandaq; lassorum uox mixta uoce quærelæ
Lanigeras tamen pecudes: & bucera sæcla.
Optimus hoc lacti genus ergo quisq; subibat.
Inq; aliis alium populum sepelire suorum
Certantes lacrimis lassi luctuq; redibant.
Inde bonam in partem iniectumq; maiore dabantur
Nec poterat quisquam reperiri quem neq; morbo
Nec mors nec luctus temptaret tempore tali.
Præterea ideo pastor & armentarius omnis
Et robustus item uir immoderator aratri
Languebat penitusq; casa contrusa iacebant
Corpora. paupertate & morbo tradita morti
Ex animis pueris super exanimata parentum
Corpora non nunq̄ posses retroq; uidere.
Matribus & patribus natos super edere uitam.
Nec minimam partem ex aegris meroris in urbem
Confluxit luguens quem conculit agricolarum
Copia conueniens ex omni morbida parte
Omnia condebant loca tecta quoq; magis aestus
Conferto situ aceruatim mors acumulabat.
Multa sitim prostratam iam per quoq; uoluta
Corpora silanos ad aquarum strata iacebant
Interclusa anima nimia ab dulcedine aquarum
Multaq; per populi passim loca prompta uiasq;
Languidas cum animo tum corpore membra uideres
Horrida poedore & pannis coapta periere.
Corporis illuuiæ pellis super ossibus una
Visceribus cæcus prope iam sordeq; sepulta.
Omnia deniq; sancta deum delubra replerat
Corporibus mors ex animis onerat atq; passim
Cuncta cadaueribus cælestum templa manebat
Hospitibus loca que complerant edit uentes.
Nec iam religio deum nec numina magni.
Pendebatur enim presens dolor exuperabat
Nec mos ille sepulture remanebat in urbe.
Huc pius hic populus semper consuerat humari.
Perturbatus enim totus repedabat & unus
Quisque suum pre re mestus humabat.

Multaq; subita & paupertas horrida suasit.
Namq; suos consanguineos aliena rogorum
Insuper extructa ingenti clamore locabant.
Subdebant fauces multo cum sanguine saepe
Rixantes potius q̃ corpora deferentur.

T. Lucreti Cari. poetæ philosophiq; antiquissimi
De rerum primordia natura ad memmium
Liber sextus & ultimus explicit fœliciter.

Paulus hunc impressit fridenperger in uerona.
Qui genitus est in Patauia alæ magnæ.
Ab incarnatione christi: Mccccclxxxvi
Die uigesimo octauo septembris calen. octobris.

Non te animus fallit graiorum obscura reperta:
Difficile inlustrare latinis uersibus esse.
Multa nouis uerbis ꝓpter egestatẽ linguæ rerũq;
Nouitatẽ: ut ipsa petit maiestas & ratio cognita rerum.
Quam nunc sapientiam appellas: memmiadæ tuo
Hanc e tenebris tantis & tam clarum lumen
De summa cæli ratione deumq; & omnem rerum
Primordiam naturam tam clare luce locasti.
Ex quo queque creata fœdere sint.
Vnde omnis natura creet res auctet alatq;.
Quo ue eadem rursum natura perempta resoluit.
Hec materiem & genitalia corpora rebus reddenda
In ratione uocasti: & semina rerum appellasti.
Hec eadem usurpare ratione tua fideli:
Corpora prima: q̃ ex illis sunt omnia primis.

Sed tua uirtute suauis amicitiæ & sperata uoluptate
Studioq; uis nunc efferre suum laborem.
Aureaq; sua dicta perpetua semper dignissima uita.
Vt tibi sua dulcia dona talibus in rebus
Cõmunia esse saluti: capitiq; insignum petere coronam.
Intellecta hec prius que sint: contempta relinquas.
Si hec sint uera ratione sensuq;: accede ad opus.
Si autẽ sint falsa & ratio quoq; falsa & sensus: relinque.
Vnde scias quid sit scire & nescire uicissim.
Nam nihil egregius est: q̃ res cernere a dubiis apertas.
Ratio enim neminem decipit nec decipitur nunq̃. Finis.

